Zeitschrift: Abhandlungen des Historischen Vereins des Kantons Bern

Herausgeber: Historischer Verein des Kantons Bern

Band: 1 (1848)

Heft: 2

Artikel: Visitationsbericht des Bisthums Lausanne, Bernische Antheils, vom Jahre 1453

Autor: [s.n.]

DOI: https://doi.org/10.5169/seals-370651

Nutzungsbedingungen

Die ETH-Bibliothek ist die Anbieterin der digitalisierten Zeitschriften auf E-Periodica. Sie besitzt keine Urheberrechte an den Zeitschriften und ist nicht verantwortlich für deren Inhalte. Die Rechte liegen in der Regel bei den Herausgebern beziehungsweise den externen Rechteinhabern. Das Veröffentlichen von Bildern in Print- und Online-Publikationen sowie auf Social Media-Kanälen oder Webseiten ist nur mit vorheriger Genehmigung der Rechteinhaber erlaubt. Mehr erfahren

Conditions d'utilisation

L'ETH Library est le fournisseur des revues numérisées. Elle ne détient aucun droit d'auteur sur les revues et n'est pas responsable de leur contenu. En règle générale, les droits sont détenus par les éditeurs ou les détenteurs de droits externes. La reproduction d'images dans des publications imprimées ou en ligne ainsi que sur des canaux de médias sociaux ou des sites web n'est autorisée qu'avec l'accord préalable des détenteurs des droits. En savoir plus

Terms of use

The ETH Library is the provider of the digitised journals. It does not own any copyrights to the journals and is not responsible for their content. The rights usually lie with the publishers or the external rights holders. Publishing images in print and online publications, as well as on social media channels or websites, is only permitted with the prior consent of the rights holders. Find out more

Download PDF: 17.09.2025

ETH-Bibliothek Zürich, E-Periodica, https://www.e-periodica.ch

Visitationsbericht

des Bisthums Lausanne, Bernischen Antheils, vom Jahre 1453.

Gysneys alias Sanen. (Fol. 30 a).

Die dominica sequenti Reverendi patres Domini Episcopus Granatensis et Abbas Filiaci visitatores præfatam Ecclesiam parocchialem de *Gisneys* alias *In Sanen* Extimatam valere communiter oneribus supportatis . . libras bonorum Lausann. vel circa. Quæ de præsentatione supradicti Domini pastoris de Rubeomonte et Institutione prædicta esse dignoscitur. Et cujus est Curatus Dominus *Johannes Teiss*, qui personaliter residet et deservit in eadem. Sub cujus rēgimine sive animarum cura sunt . . . . foci vel circa, ut prefertur visitarunt. In qua omnia et singula competenter stare et esse comperierunt præter aliqua, super quibus ipsi domini ordinaverunt et fieri injunxerunt ut sequitur. In primis ex infra proximum annum fiat ciborium sive almaliolum ad Christi corpus reponendum in muro prope altare a parte qua dicitur Evangelium, et foderetur ab intra et ab extra depingatur prout supra.

Item ex a modo Infuturum teneatur lumen continue ardens in lampade coram Chr^i^ corpore. Item ex infra festum b^ti^ Michaelis patina calicis fracta reparetur debite. Item ex infra annum fiat thuribulum bonum et competens una cum Naveta et parvum thuribulum quod ibidem est

reparetur debite. Item ex infra festnm b^ti^ Michaelis habeatur una bona et competens lucerna ad portandum lumen cum corpore Chr^i^ infirmis. Item ex infra annum fiat una et sufficiens cappa seu pluviale ad portandum in processione. Item ex infra dictum terminum fiat una bona et honesta casula unacum duabus tunicis sive damasticis ad celebrandum cum diacono et subdiacono diebus solemnibus et habeatur tobalia ad tenendum patenam. Item et infra festum beati Michaelis apponatur clausura in libro endarum. Item ex infra triennium fiat Breviarium bonum et competens una cum graduali et lectionario ad usum eccl^ie^ Lausann. Item ex infra annum sacristia pavetur seu foderetur postibus. Item ex infra dictum terminum habeantur pelvis et tobalia ut sup. Item ex dum commode et citius fieri poterit grossa campana rupta debite reficiatur. Item et si commode fieri possit teneatur continue ardens ante ymaginem crucifixi. Item ex infra festum omnium sanctorum fiat fons aspersorii ut sup. Item ex infra festum omnium sanctorum cimeterium ubicunque claudatur de Muris Ita quod animalia non intrent. Item ex infra mensem fiant quatuor cruces nemoree vel lapidee altitudine unius hominis, quæ affigantur in quatuor angulis predicti cimeterii. Item ex infra dictum mensem fiat Inventarium per manus Notarii de omnibus et singulis vestimentis sacerdotalibus ornamentis altaris et aliis jocalibus dicte ecclesie, cujus duplum habeant parochiani signatum. Item ex infra triennium fiant extente sive recognitiones de universis omnibus et singulis censibus, redditibus et aliis juribus dicte ecclesie, ne in futurum alienentur et cultus divinus in eadem diminuatur. Quarum tamen extentarum habeant ipsi parochiani duplum signatum.

Item visitarunt altaria in eadem parochiali ecclesia fondata. Et primo altare b^te^ Marie virg^is^ per Nicolaum Fabri quondam dicti loci fondatum et de XXXV libris parve monete census pro certis missis qualibet ebdomada

ibidem et in capella de *Steig* ut dicitur celebrandum dotatum.

Item visitarunt altare beatorum Anthonii et Nicolai confessorum per . . . . . fondatum et de XL^ta^ libris dicte monete cens. pro certis missis ibidem perpetue et etiam in predicta capella de Steig celebrandum dotatum.

Item visitarunt altare b^ti^ Johannis Baptiste in medio introitus chori fondatum, et non dotatum.

Capella *in Steig*. (Fol. 31 a).

Item die Martis sequenti visitarunt capellam b^ti^ Theodoli in *Steig* de novo fondatam sive constructam nondum tamen dotatam, filiolam et membrum supradicte parochialis ecc^iè^ in Gisneys, quam hodie consecravit ipse Dus Episcopus Granatensis. In qua quidem capella omnia et singula competenter stare et esse comperierunt preter aliqua super quibus ipsi domini et fieri injunxerunt ut sequitur. Primo ex a modo in posterum ipsa capella manuteneatur in suis structuris et edificiis bene et debite. Item ex dum et citius commode fieri poterit ipsa capella sufficienter dotetur ut ibidem secundum ejus fondationem celebretur.

In *duobus Symis*.

Die Mercurii XX predicti mensis Junii prelibati domini visitatores Ecclesiam parochialem de *duobus Symis* visitarunt, Extimatam valere communiter oneribus supportatis . . . libras bonorum Lausann. vel circa. Quæ de presentatione Dominorum Prepositi et conventus monasterii Interlacensis ordinis sancti Augustini canonicorum regularium predicte Lausann. diocesis et institutione prelibati reverendi patris domini nostri Lausann. Episcopi esse dignoscitur: cujus est curatus Dus ***Richardus Zerfluh***

als. de Saxo canonicus pdicti monasterii Interlacensis qui personaliter residet et deservit in eadem sub cujus regimine seu animarum cura sunt tercentum foci vel circa. In qua siquidem parochiali eccl^ia^ omnia et singula competenter stare et esse comperierunt preter aliqua super quibus ipsi Dmi ordinaverunt et fieri injunxerunt ut sequitur. In primis ex infra proximum festum beati Michaelis custodia et viaticum, in quibus reponitur et portatur corpus Christi infirmis debite reparentur. Item ex infra decem dies sacrum crisma et alie sacre unctiones debite intitulentur ut supra. Item ex infra festum b^ti^ Michaelis habeatur Naveta ad tenendum Incensum et inhibetur ne amplius in thuribulo utatur cera, sed tantummodo Incenso. Item ex infra annum habeatur tobalia ad tenendum patenam. Item ex infra triennium habeatur unum bonum et competens breviarium ad usum eccl^ie^ Lausann. predicte. Item ex infra annum missale collationetur cum uno altero vero et certo et corrigatur sicuti necessarium et fuerit rationis. Item ex infra predictum annum sacristia foderetur de postibus (31 b). Item ex infra festum assumptionis B^te^ Marie virginis fiant cruces et apponantur in cimiterio ut sup^u^. Item ex infra dictum terminum fiat Inventarium de vestimentis sacerdotalibus, ornamentis altaris et aliis jocalibus dte eccl^ie^: cujus duplum habeant parochiani signatum. Item ex infra triennium fiant extente ut sup^u^.

Capella *Sti Stephani* de

Eadem die Mercurii visitarunt capellam b^ti^ *Stephani* de . . . filiolam et membrum supradicte parochialis ecc^lie^ de duobus Symis in qua ipsi dmi ordinarunt et fieri injunxerunt ea que sequuntur . . primo ex infra annum proxime venturum fiat ciborium sive almaliolum ad Christi corpus reponendum et foderetur, ab intra et ab extra depingatur. Atque coram eo Christi corpore teneatur lumen continue ut supra, in quo quidem almaliolo tene-

antur etiam reliquie in altari b^ti Marie existentes, que ab illo non extrahantur nisi diebus et festinibus solemnibus. Item ex infra festum omnium sanctorum verrerie fenestrarum cancelli debite reparentur. Item ex infra annum fiat una trabatura in campanili et fiat separatio inter gradus pro ascendendo super ipsam trabaturam et ut ibidem juxta fiat una sacristia, que ferme claudatur. Item ex infra dictum terminum apponatur fons aspersorius in porta magis communi ut supra. Item ex infra triennium ecc^lia ipsa debite complanetur et foderetur postibus, ut supra. Item ex infra annum cimeterium claudatur et infra festum omnium sanctorum fiant quatuor cruces que apponantur in quatuor quadris ejusdem cimiterii ut supra. Item ex infra festum omnium sanctorum fiat Inventarium per manus notarii de omnibus vestimentis sacerdotalibus ornamentis altaris et aliis Jocalibus ejusdem capelle prout supra. Item ex infra triennium fiant extente ut supra.

Boltingen. (Fol. 32 a).

Die Jovis XVI° predicti mensis Junii prelibati reverendi patres Dmi visitatores Ecc^iam parochialem de *Boltingen*, extimatam valere communiter oneribus supportatis . . . . . vel circa. Que de presentatione Dnrum Sculteti et Consulum communitatis ville Bernensis et institutione predicta esse dignoscitur cujus est curatus Dns . . . . . qui personaliter residet et deservit in eadem, sub cujus regimine seu animarum cura sunt . . . . . foci vel circa ut prefertur visitarunt, in qua omnia et singula competenter stare et esse comperierunt preter aliqua super quibus ipsi Dmi ordinarunt et fieri injunxerunt, ut sequitur. In primis ex infra proximum festum Penthecostes fiat una bona et competens monstrantia ad portandum corpus Christi in die festo ejus eucaristie. Item ex a modo in antea teneatur lumen continuum ante corpus Christi in almaliola

repositum. Item ex infra festum b^ti^ Michaelis habeatur una bona et grossa Lanterna ad portandum Lumen cum corpore Christi infirmis. Item ex infra decem dies sacre unctiones seu earum ampule intitulentur ut supra. Item ex infra festum omnium sanctorum fiat una cathena in thuribulo et habeatur Naveta ut supra. Item ex infra triennium fiat unum bonum et competens Missale cum prefationibus et unum graduale notatum ad usum eccl^ie^ Lausann. Item ex infra festum nativitatis Dmi casule que indigent reparentur. Item ex infra festum resurrectionis Dmi fiat lavatorium et pelvis una cum tobalia ibidem teneatur ut supra. Item exhortantur parochiani quoque ad venerationem reliquiarum et maxime ossis tibie b^ti^ Germani confessoris quod ibidem pie creditur esse. quanto commode fieri poterit unum bonum et competens reliquiarium ad modum tibie et claudatur debite. Item ex infra festum ascensionis Dmi fiant quatuor cruces que apponantur in quatuor quadris cimiterii. Item ex infra triennium et citius si commode fieri possit ecclesia ipsa complanetur et foderetur de postibus. Item ex infra festum Nativ. Dmi in majori porta ipsius eccl^ie^ fiat fons aspersorii ut supra. Item ex infra festum assumptionis b^ti^ Marie virginis fiat Inventarium per manus notarii de omnibus et singulis vestimentis sacerdotalibus, ornamentis altaris et aliis Jocalibus dicte eccl^ie^, cujus duplum habent parochiani signatum. Item ex infra triennium fiant extente ut supra.

Oberwil.

Die Veneris sequenti ipsi Dmi visitatores (Fol. 32 b) ecclesiam parochialem de ***Oberwil*** visitarunt, Extimatam valere communiter oneribus supportatis . . . . . vel circa. Que de presentatione

.

.

.

Inprimis ex infra proximum festum Penthecostes fiat monstrantia seu vasculus ad portandum et tenendum corpus Christi in die eucaristie. Item ex infra dictum terminum fiat custodia pro corpore Chr^{i}. Item ex a modo in futurum sit lumen in lampade ardens continue coram Christi corpore. Item ex infra decem dies crisma et alie unctiones sacre intitulentur. Et similiter reliquie dum commode fieri poterit. Item ex infra annum medietas libri Breviarii religetur. Item ex infra triennium fiat unum bonum et competens graduale ad usum Lausann. eccl^{ie}. Item ex infra festum resurrectionis Dmi verreria fenestre juxta altare existentis a parte, qua dicitur epistolam debite reparetur. Item ex infra annum fiat sexternus in quo notentur officia prime domnce adventus, Nativ^{tas} Dm, Epiphanie, purificationis, ramus palmarum, annunciationis dmce tenebrarum, sabbat. s^{tæ} resurrectionis, letamarum, ascensionis Dmce, penthecostes, trinitatis et eucaristie Christi. Necnon nativitatis b^{ti} Johannis Baptiste be^{torm} Petri et Pauli Ap^{orum}, Magdalenes, Laurencii, Assumptionis et Nativitatis be^{te} Marie virginis atque S^{ti} Mauricii dicte eccl^{ie} patroni, omniumque sanctorum, dedicationis eccl^{ie} et aliarum festivitatum, que in dicta eccl^{ia} solita et consueta fuerunt celebrari. Item ex infra festum omnium sanctorum ampule sive channete debite reparentur. Intra ex infra festum Pasche fiat piscina et habeatur pelvis et tobalia ut supra. Item ex infra festum assumptionis b^{e} M^{e} virg^{is} fiat inventarium per manus notarii de omnibus et singulis vestimentis sacerdotalibus ornamentis altaris et aliis Jocalibus dicte eccl^{ie}, cujus duplum habeant parochiani signatum. Item ex infra triennium fiant extente sive recognitiones de universis censibus, redditibus et aliis juribus dicte eccl^{ie}, ne in futurum alienentur et cultus divinus in eadem diminuatur. Quarum tamen extentarum sive recognitionum habeant predicti parochiani

duplum signatum. Item ex infra quatriennium tectum cancelli dicte eccl^{ie} debite reparetur ita quod non pluat in eadem. (Fol. 32 b). Item ex infra festum Pasche fiat fons aspersorii et apponatur muro ab extra juxta magnam portam dicte eccl^{ie} in quo benedicatur seu renovetur aqua benedicta qualibet die dmca. Item ex infra unum mensem fiant 4 cruces que apponantur in 4 angulis cimeterii et ipsum claudatur et manuteneatur debite in ejus clausura, ita quod animalia non intrent.

Ternstaten.

In primis ex infra triennium et citius si commode fieri possit chorus sive concellus ipsius ecclesie dealbetur, et etiam residuum dicte ecc^{lie} ab intra dealbetur. Item quoque si commode fieri poterit reliquie dicte eccl^{ie} intitulentur cedulis pergameneis habita prius informatione veridica quorum sanctorum et membrorum sunt.

.
.
.
.
.
.

Erlembach.

Die domnca (Fol. 33 b) sqti festo nativ^{is} b^{ti} Johannis Baptiste Reverendi in Christo patres dmi Ep^{us} ***Granatensis*** et Abbas ***Filiaci*** visitatores prefati eccl^{am} parochialem de ***Erlembach*** visitarunt, Extimatam valere communiter

oneribus supportatis . . . . . .
Que de presentatione dnorum præpositi et conventus predicti monasterii Interlacensis et institutione prelibati Dmi nri Lausann. esse dignoscitur. Cujus est curatus Dns *Johannes de Quercu*, canonicus pdti monasterii Interlacensis, qui personaliter residet et deservit in eadem, sub cujus regimine seu animarum cura sunt. . . . . .
foci vel circa, in qua quidem eccl^ia^ omnia et singula competenter stare et esse comperierunt preter aliqua super quibus ipsi Dni ordinarunt et fieri injunxerunt ut sequitur. In primis ex infra proximum annum fiat ciborium pro corpore Christi quod ab intra de postibus foderetur et ab extra depingatur, atque coram ipso Christi corpore teneatur lumen die et nocte ut supra. Item ex infra triduum apponatur in custodia panniculus subtilis de corporali vel alias. Item ex infra festum Nativ^tis^ Dmi fiat Naveta et inhibetur ne decetero utatur cera in thuribula sed tantummode thure. Item ex infra dictum terminum vestimenta sacerdotalia et alia ornamenta dicte eccl^ie^ que indigent debite reparentur. Item ex infra festum resurrectionis Dmi fenestre sacristie debite ferrentur et ipsa sacristìa foderetur de postibus. Item ex infra festum Nativ^tis^ Dmi verrerie dicte eccl^ie^ ubicunque indigent debite reparentur. Item ex dum commode fieri poterit timpanile elevetur altius quam nunc sit. Item ex infra mensem fiat inventarium per manus notarii de omnibus et singulis vestimentis sacerdotalibus, ornamentis altaris et aliis Jocalibus dicte eccl^ie^, cujus duplum habeant parochiani signatum. Item ex infra triennium fiant extente sive recognitiones de universis omnibus et singulis censibus, redditibus et aliis juribus dicte eccl^ie^. Quarum duplum habeant predicti parochiani signatum. Item ex infra mensem fiant 4 cruces, que apponantur in 4. angulis cimeterii et ipsum cimeterium semper manuteneatur in clausura sua :

Capella de *Diemptinguen.* (F. 34 a).

Item visitarunt capellam b^torum^ Nicolai confessoris et Katherine virginis de . . . . membrum et filiolam supradicte parochialis de Erlembach, in qua ipsi Dmi ordinarunt et fieri injunxerunt ea que sequuntur. Primo ex infra annum fiat ciborium sive almaliolum pro corpore Christi et teneatur lumen continuum ut supra. Item ex infra proximum festum b^ti^ Michaelis habeatur lucerna ad portandum lumen cum corpore Christi infirmis. Item ex infra dictum terminum verreria juxta altare b^torum^ Theodoli et Margarete existens debite reficiatur. Item ex infra dictum b^ti^ Michaelis ponatur una cathena in thuribulo et fiat Naveta et inhibetur ne amplius utatur cera in dicto thuribulo sed solum incenso. Item ex infra annum trabatura inter chorum et navem ipsius capelle decenter compleatur ad modum residui.

Wammys.

Supradicta die dmnca festi b^ti^ Johannis prelibati visitatores eccl^am^ parochialem de *Wammys* visitarunt, Extimatam valere communiter oneribus supportatis . . . . . Que de presentatione Dmi abbatis de Sceloz . . . dioces. et institutione predicta esse dignoscitur. Cujus est curatus Dus . . . . . qui personaliter residet et deservit in eadem, sub cujus regimine seu animarum cura sunt . . . . foci vel circa, in qua omnia et singula competenter stare et esse comperierunt preter aliqua super quibus ipsi Dmi ordinarunt et fieri injunxerunt ea que sequuntur. Inprimis ex infra annum proxime venturum fiat vas seu monstrantia ad portandum corpus Christi in die eucaristie ejusdem. Item ex infra festum b^ti^ Michaelis almaliolum in quo reponitur corpus ab intra foderetur postibus et ab extra super illo depingatur ut supra. Item ex a modo in antea teneatur

lumen die et nocte ardens continue ante corpus Christi. Item ex infra 10. dies ampule sacrarum unctionum intitulentur. Item ex infra festum b^{ti} Michaelis habeatur tabula sive Ymago pacis que precipitur vel injungitur dare seu prestare presbytero celebranti ad osculum et postea populo ibidem divina audienti. Item ex infra dictum terminum habeatur naveta seu vasculus ad tenendum incensum et inhibetur ne inposterum amplius in thuribulo cera utatur, sed tantummodo incenso. Item ex infra (Fol. 34 b) proximum annum liber antiphonarii religetur. Item ex infra dictum terminum fiat pistina in qua teneantur pelvis et tobalia ut supra. Et vitrine dicte eccl^{ie} ubicunque indigent reparentur. Item ex infra predictum terminum apponatur vitrina fenestre in sacristia a parte orientali existenti. Item ex infra predictum annum cancellus et sacristia et etiam capella juxta ipsum cancellum existens debite foderentur postibus et volta dicte capelle. Item ex infra annum fiat fons aspersorii sive lapis ad tenendum aquam benedictam juxta portam dicte eccl^{ie} ab extra ut supra. Item ex infra festum b^{ti} Michaelis apponantur 4. cruces in cimiterio et ipsum semper teneatur clausum ut supra. Item ex infra festum assumptionis b^{ti} M^{e} virginis fiat Inventarium de vestimentis, ornamentis et aliis jocalibus. Et etiam extente infra triennium de censibus et juribus dicte eccl^{ie} ut s.

Capella b^{te} Marie de *Rœtingen*.

Item visitarunt capellam b^{te} Marie de *Rœtingen*, filiolam et membrum supradicte eccl^{ie} parochialis de *Wammys*, in qua ord. et fieri inj. ea que seq. Primo ex infra festum b^{ti} Michaelis fiat tabula sive ymago pacis que detur osculo ut s. Item ex infra f. omnium S^{orum} verrerie dicte capelle ubicunque indigent debite reparentur. Item ex infra annum sacristia dealbetur et fenestre ipsius debito modo reparentur. Item ex infra proximum

f. b^ti Michaelis ponatur sera in archa juxta altare existenti. Item ex infra mensem fiat inventarium de rebus dicte capelle ut supra et etiam extente si necesse fuerit. Item quoque infra predictum mensem fiant 4 cruces que apponantur in cimiterio et ipsum cimiterium semper clausum manuteneatur ut supra.

(Fol. 35 a). *Ansoltingen.*

Die Martis 26te mensis Junii anno quo s. Rev. in Chr^o patres Dmi Franciscus de Fuste Epus Granatensis et Heinricus de Alibertis abbas monasterii Filiaci visitatores prefati visitaverunt Eccl^am collegiatam b^ti Mauricii de Ansoltingen suprad^c Lausann. dioc. que una cum suis suppositis prelibato rev. patris Dmo Lausann. Ep^o immediate subjecta esse dignoscitur ubi ipsi Dmi visitatores tam per Dmos prepositum atque canonicos et curatum ipsius eccl^ie tunc presentes et etiam populum ipsius loci cum processione solemni graciose fuerunt recepti. In qua siquidem eccl^ia est prepositus venerabilis vir Dus *Henricus de Bennewil*, Canonici vero Dmi Nicolaus Körbers, Nicolaus Helpst, Magister Jacobus Hüglin et Johannes Theiss scolasticus. Qui in eadem eccl^ia personaliter resident: Sunt etiam alii duo Canonici videlicet Dus Johannes Theiss scolasticus ejusdem eccl^ie et Jacobus Hüglin qui non resident licet teneantur, facta ibidem predicatione et expositione verbi Dei ac aliis prout in hujusmodi visitatione necessarium et opportunum visum fuit. ipsi dmi visitatores ad hujusmodi visitationis exercitum processerunt. Et in ipsa eccl^ia tam circa ea que præfatum Dum præp^um et canonicos atque ipsam eccl^am quam etiam curam animarum et curatum ejusdem eccl^ie competenter stare comperierunt preter aliqua super quibus ipsi Dmi visitatores fieri ordinarunt et injunxerunt ut sequitur. Et primo ex infra proximum festum b^ti Michaelis archangeli ciborium sive almaliolum in quo repo-

situm Christi corpus debite claudatur compleatur ac super eo depingatur ut supra. Item ex a modo in antea sit lumen die ac nocte ardens continue in lampade coram Christi cpe. Item ex infra festum b^{ti} Michaelis recuperentur duo calices qui ut dicitur existunt apud aurifabrum in Berno et alii qui sunt in eadem eccl^{ia} debite mundentur ac munde teneantur a modo in posterum. Item ex infra dictum terminum apponatur cathena necessaria thuribulo et anulus desuper et habeatur naveta ad tenendum incensum. Item ex infra annum verrerie ubicunque indigent resinantur debite. Item ex infra festum Nativitatis Dmi habeantur duo candelabra sufficientia ad tenendum supra altare ubi cantatur missa parochialis. Item ex porta navis ejusdem eccl^{ie} a parte altaris sct^{um} Cosme et Damiani muretur aut alias claudatur secure, ita quod periculum ipsi ecclesie propter eam non emineat, et hoc infra unius anni spatium. Item ex infra omnium sc^{tum} fenestra que est juxta altare b^{te} Marie subtus chorum debite ferretur. Item ex infra dictum festum fiant due porte seu janue de bonis lignis in portis capelle suptus sacristiam existentes ita quod secura sit. Item ex infra ipsum terminum apponatur lampas ante crucifixum, et teneatur continue lumen ardens in ea, si commode fieri possit. Item ex infra annum murus eccl^{ie} super majorem portam compleatur et debite lapidibus coperiatur vel alias ita destruatur pluvia et etiam fiat tectum supra dictam portam. Item ex omnes et singule domus canonicorum in pluribus loci quibus indigent quantocius (Fol. 35 b) commode fieri poterit reparentur. Et domus prepositure que competentur stare videtur, debite a modo inantea manuteneatur. Item ex infra annum furnus qui est inter eccl^{iam} et domum supradicti Dmi Nicolai Körbers disruatur et alibi reficiatur propter periculum incendii tam eccl^{ie}, quam etiam domus predicte. Item ex infra quinquennium vel citius si commode fieri possit fiat diligentia debita de censibus et aliis juribus ipsius eccl^{ie} deperditis quantum fieri

poterit recuperandis et illa omnia in scriptis redigantur et eustodiantur debite. Item ex a modo in antea supradicti Dni prepositus et capitulum qualibet ebdomada semel ad omne minus die sibi competenti ordinarie capitulariter in ipsa eccl^ia^ ad sonum campane conveniant et capitulum celebrent prout in talibus moris est. Item ex infra annum fiant 4 cruces bone et apparentes saltem de lignis et plantentur in 4. angulis cimeterii que semper sic manuneantur et dum deficient alie reficiantur: et etiam quod clausura dicti cimiterii debite manuteneatur.

Subsequenter vero supravocati Dmi visitatores visis prius et diligenter inspectis atque consideratis omnibus et singulis privilegiis statutisque et constitutionibus ipsius eccl^ie^ de *Ansoltingen* tam per summos pontifices et etiam per bone memorie Dnos Epos Lausann. factis et editis, ipsa statuta ac constitutiones autoritate ordinaria prelibati rev^di^ patris Dni nostri Lausann. Epi moderni quatenus opus erant ratificarunt et approbarunt et illas et illa tam per supranominatos Dnos prepositum et canonicos ipsius eccl^ie^ modernos atque eorum successores quoscienque et quoslibet eorundem, et maxime, inter cetera statutum sive ordinationem de residencia personali in ipsa eccl^ia^ fienda sub pena perjurii atque privationis ipsius beneficiorum ipso facto incurrendum inviolabiliter teneri et observari ordinarunt preceperunt atque injunxerunt. Quorum quidem privilegiorum sive statutorum et ordinationum pro eorum majori evidentia tenores successive sequuntur ut ecce.

In nomine Dmi Amen. Universis Christi fidelibus Nos Eberhardus de Kiburg prepositus et capitulum eccl^ie^ Ansoltingen, Laus. dioc. orationis in Dmo cum notitia subscriptorum ut persone digne et ydonee quæ Dmo et eccl^ie^ nostre predicte in A. gratum velint et valeant facere famulatum communicari magis appetant eccl^ie^ in eadem. Nos Eberhardus prep. et cap^um^ predicti sub anno Dmi millesimo ccc^mo^ tricesimo tertio Kal. mensis Aug^i^ Cap^o^ in eadem

eccl^{ia} nostra omnibus canonicis ejusdem eccl^{ie} presentibus statuimus et condidimus in eodem deliberatione bona et unanimi perhabita ob evidentem utilitatem ejusdem eccl^{ie} n^{e} de presentibus statuimus, condimus statuta seu constitutiones subscriptas eidem (Fol. 36 a) eccl^{ie} n^{e} necessarias et opportunas. Quas quidem constitutiones prout sequuntur fideliter observare promisimus et promittimus in hiis scriptis ad 4. Dei Evangelia nostris manibus tacta tenere ratas seu relibatas et fideliter observare, et contra ipsas unusquisque per nos vel per alium aliquatenus non venire. Sicut autem hec statuta prepositus et canonici residentes simul ponere et instituere debent vicarium seu viceplebanum qui non sit canonicus in n^{a} eccl^{ia} predicta et ipse vicarius priorem celebret missam cantando vel legendo, sic tamen, quod sua missam majorem non disturbet. Idem quoque vicarius nomine prepositi accipiat de oblationibus omnium altarium et de remediis tertiam partem, sed canonici presentes residuas partes recipiant de eisdem. Anniversalia canonicis residentibus et viceplebano nomine prep^{i} proportionabiliter seu equaliter dividantur: idemque vicarius nisi legitimum interveniat impedimentum horis nocturnis et diurnis interesse debet: pisces autem qui in lacu Ansoltingensi capiuntur sunt cibus et refectio personaliter residentium preposito si aderit et personaliter residerit ac canonicis presentibus equaliter sunt, distributiones quoque cothidiane tantummodo presentibus distribuantur; denarii quos peregrini offerunt ad altaria ad usum eccl^{ie} a canonicis redigantur, ammoniciones sunt celebrantis prep^{us} de decimis, censibus et honorariis ad communitatem pertinentibus tertiam debet habere partem, censum vero molendini canonici residentes 4 sine prep^{o} et scolastico integre debent consequi et habere. Sed prepositus de sua tertia parte pro prebenda dare debet annuatim vicario in Ans. viginti modios frumenti, videlicet 6. modios spelte, 3. ordei, 1. fabarum et 10. modios avene et unam psomam vini.

Sed canonici residentes quoque de primitiis eccl^{ie} cum ad eosdem canonicos quicunque eedem pertineant eidem vicario duos modios spelte ad suam prebendam expediant omni anno: prep^{us} autem, canonice residentes tam bona seu possessiones atque decimas debent concedere simul pariter et locare, aut aliqua persona de numero canonicorum ab eis scilicet prep^{o} et canonicis ad hoc concorditer deputata. Item expensas pro communi utilitate et pro eccl^{ie} necessitate factas seu faciendas prep^{us} in tertia parte solvet, sed unusquìsque canonicorum tam residentium quam non residentium pro rata seu parte ipsum tangente solvet easdem Cathedratuum et sacra Bannales seu leges Archieplia, eplia et archidiaconalia jura, prep^{us} et canonici residentes vacante custodia custodem instituant simul et judicem habent pariter ponere secularem. Et prep^{us} pro tertia parte sed canonici residentes pro duabus partibus emendas recipiant majores, judex vero positus levabit totaliter leviores canonici residentes eccl^{ie} preficiant sacristam. Quilibet canonicorum seu sui compos existens seu egritudine laborans non debet per nos scil. prep^{um} et canonicos aut mediante procuratione nostra quoquomodo impediri in dispositione seu ordinatione rerum suarum de prebenda (Fol. 36 b) sua aut alias habitare, sed suam ordinationem seu dispositionem quam in vita sua fecerit de rebus de sua prebenda vel aliunde habitis ratam semper habebimus atque gratam: nec alicui canonicorum inhibere debebimus, quin possit nobis præquisitis omnia bona sua tam mobilia quam immobilia quocunque nomine censeantur cui vult vendere, obligare et pro suo arbitrio erogare preter domum suam in Ans. quam ut pro eo oret suo debet dimictere successori: si vero decesserit intestatus vel in vita sua nichil de bonis suis ordinaverit, id quod jus docet canonicum observetur, sic tamen ut de bonis de prebenda habitis et inventis prius suis debitoribus persolvantur debita que contraxit. Item unusquisque canonicorum tantummodo

residentum habeat post suum obitum juxta portionem sibi debitam si viveret et resideret redditus sue prebende. Ita quoque de illis proventibus comparetur immobilis possessio eccl^ie^, cujusquidem possessionis proventus singulis annis distribuatur tantum canonicis presentibus in annua celebratione anniversarii canonici defuncti qui residebat: et successor illius defuncti nichil juris seu emolumenti prorsus habebit in ejusdem primi anni fructibus, tam communibus quam specialibus, tamen si subrogatus vel subrogandus per juramentum seu sponte residebit tunc in sue residentie subsidium fructus sue prebende specialis tantum percipiet et cothidianis distributionibus, remediis et anniversariis partem solitam consequetur. Sed post mortem canonicorum non residentium fructus primarii de prebendis specialibus post eorum obitum perticientes ad usus eccl^ie^ redigantur, similiter prep^o^ defuncto vel a prepositura permutando, resignando, vel alias quoquomodo cedente ejusdem prepositure fructus primarius in alicujus boni immobilis emptionem committatur. cujus quidem boni redditus canonicis ejus anniversarium celebrantibus annis singulis dividantur. Prep^us^ etiam non debet nec potest vendere obligare vel quoquo modo alienare predictos viginti modios frumenti nec psomam vini vicario pro prebenda de sua tertia parte ut promictitur deputatos. Item nullum recipiemus nec eligemus in canonicum et confratrem nisi ad prebendam jam vacantem nec cuicunque dabimus seu promictemus canonicatum ad prebendam vacaturam. Item prebenda cui scola est adnexa non est conferenda nisi persone ad scolarum regimen habili utpote illi qui novit grammaticalia et alia quibus scolares in scolis sunt erudiendi: et scolasticus scolis fideliter presit nec non officio majoris misse ac aliis horis intersit cum personali residentia et jurata. Nullum eligemus in prep^um^ aut sumemus aut recipiemus in canonicum nisi ab eis cautione juratoria prestita de ratihabendo et observando constitutiones sine dolo quolibet

prenotatas. Datum et actum loco et anno prenotatis sub nostrorum sigillorum scil. prep^{i} et capituli predictorum apprensione, in robur validum et testimonium evidens omnium premissorum.

(Fol. 37 a). *Scherlingen.*

Die Mercurii XXVIII predicti mensis Junii prefati Dmi visit^{es} eccl^{am} parochialem de ***Scherlingen*** visitarunt, extimatam valere communiter oneribus supportatis . . . . . Que de presentatione predictorum Dnrum prep^{i} et conventus monasterii Interlac. et institutione prefati rev^{di} patris Dmi ni Lausann. ep^{i}, cujus est curatus Dms Johannes Kuovel canonicus predicti monast^{ii} Interlac^{is} qui personaliter residet et deservit in eadem: sub cujus regimine seu animarum cura sunt ducentum foci vel circa, in qua omnia et singula competenter stare et esse comperierunt preter aliqua, super quibus ipsi Dmi ordinarunt et fieri injunxerunt ut sequitur. Inprimis ex infra proximum festum Penthecostes fiat ciborium ad Christi corpus reponendum ut supra, item ex a modo in futurum teneatur lumen die et nocte continue ardens in lampade ante corpus Christi. Item ex infra 8. dies in vasculo in quo tenetur corpus Christi supponatur de corporali vel alio panno subtili. Item ex infra dictum terminum ampule sacrarum unctionum intitulentur et sacre reliquie ipsius eccl^{ie} ut supra. Item ex infra proximum festum omnium Sct^{um} fiat naveta ad tenendum incensum. Item ex infra annum libri qui indigent debite reparentur et religentur, et maxime Breviarium. Item ex infra annum verrerie fenestrarum cancelli et navis eccl^{ie} ubicunque indigent reficiantur. Item ex infra mensem fiant 4. cruces que apponantur in 4. quadris cimiterii et ipsum cimiterium semper manuteneatur clausum, ita quod animalia non intrent. Item ex infra dictum terminum fiat inventarium per manus notarii de universis

omnibus et singulis vestimentis sacerdotalibus, ornamentis altaris et aliis jocalibus dicte eccl^{ie}, cujus duplum habeant parocchiani signatum. Item ex infra triennium fiant extente sive recognitiones de omnibus censibus, redditibus et aliis juribus supradicte parocchialis eccl^{ie}, ne in futurum alienentur et cultus divinus in eadem diminuatur. Quarum tamen extentarum habeant predicti parocchiani duplum signatum.

Altaria.

Item visitarunt capellas sive altaria ipsius parocchialis eccl^{ie} de ***Scherlingen,*** cum suis pertinenciis et primo altare b^{te} M^{e} et virg^{is} et sct^{um} Johannis Baptiste et Evangeliste consecratum et non dotatum.

Item et etiam b^{te} Katherine per Petrum Rubei de Thonis fondatum et de 24. libris parve monete pro 4. missis qualibet ebdomada celebrandis dotatum: cujus est altarista sive rector Dus Petrus Regis (Fol. 37 b) in eo auctoritate ordinaria canonice institutus, omniaque in eodem altari competenter stare et esse comperierunt.

Capella ante oppidum Thunensem.

membrum pred^{c} parocch^{lis} eccl^{ie} in Scherlingen.

Item visitarunt capellam sc^{te} crucis ante oppidum de ***Thunis*** fondatam et consecratam, non dotatam que est membrum et filiolam pred^{c} parocch^{lis} eccl^{ie} in Scherlingen, in qua etiam aliquantulum celebratur, videlicet ad voluntatem curati et celebrantis devotionem. Omnia vero competenter stare et esse in eadem capella comperta fuerunt.

Zeningen.

Die Jovis sequenti eccl^{am} parocch^{lem} de ***Zeningen*** extimatam nichil valere in portatis quoniam vix fructus

ejusdem suppetunt pro substentacione curati. Que de presentatione . . . . . et institutione pred^a^ esse dignoscitur, cujus est curatus Dus

Inprimis ex infra proximum annum ipse curatus et parochiani faciant seu facere procurent communiter in effectu, fenestras cancelli dealbare et in altera a parte qua dicitur Evangelium vitrina apponere atque dictum cancellum foderare de postibus. Item ex infra dictum terminum inter voltam et introitum pred^i^ cancelli desuper voltetur de postibus. Item ex a modo in antea teneatur lumen continuum ante corpus Christi ut supra. Item ex infra festum nativitatis Dmi habeatur lanterna ad portandum lumen cum corpore Christi infirmis. Item ex infra 10. dies crucifixus qui est supra magnum altare apponatur supra introitum dicti cancelli. Item ex infra festum b^ti^ Michaelis foramina in tecto dicti cancelli et navis eccl^ie^ obturentur, ita quod non pluat in eadem. Item ex dum commode fieri poterit reliquie dicte eccl^ie^ intitulentur, ut s. (F. 38 a). Item ex infra biennium tectum navis eccl^ie^ a parte dextra et etiam tectum campanilis de novo coperiantur. Item ex infra 10. dies s^re^ unctiones intitulentur ut s. Item ex infra festum Pasche habeantur pelvis et tobalia ut s. et locus in quo reponuntur ablutiones debite reparetur et foderatura navis eccl^ie^ ubicunque indiget etiam reaptetur. Item ex a modo in antea cimiterium teneatur clausum et in ipsius 4. angulis apponantur 4. cruces ut s. Item ex infra mensem fiat inventarium et infra triennium extente prout s.

Spietz.

Eadem die visitarunt eccl^am^ parocch^lem^ de ***Spietz*** extimatam valere communiter oneribus supportatis . . .

. . . . . Que de presentatione Dmi dicti loci in Spietz et institutione pred^a esse dignoscitur cujus est curatus Dus ***Reymboldus pollicis*** qui personaliter residet et deservit in eadem, sub cujus regimine seu animarum cura sunt . . foci vel circa : in qua quidem eccl^ia omnia et singula competenter stare et esse comperierunt, preter aliqua super quibus ipsi Dmi ordinarunt et injunxerunt ut sequitur. Inprimis ex a modo in antea sit lumen continue ardens in lampade coram Christi corpore. Item ex infra 10. dies ampule crismatis et aliarum sacr^um unctionum intitulentur et sacre reliquie dum commode fieri poterit ut s. Item ex infra festum assumptionis b^te M^e virg^is fiant longiores cathenæ in thuribulo ac desuper eo apponatur fibula seu anulus et habeatur naveta prout s. Item ex infra annum habeatur unum bonum et competens vexillum. Item ex infra dictum terminum foderatura trabature navis eccl^ie debite reparetur et listelletur. Item ex infra biennium verrerie fenestrarum cancelli et navis eccl^ie debite reparentur. Item ex infra f. omn. Sct^um apponantur cruces in cimiterio et dictum cimiterium manuteneatur clausum ut s. Item ex infra mensem fiat inventarium per manus notarii de universis omnibus et singulis ornamentis altaris vestimentis sacerdotalibus et aliis jocalibus dicte eccl^ie , cujus duplum habeant parochiani signatum. Item ex infra triennium fiant extente sive recognitiones de censibus, redditibus et aliis juribus dicte eccl^ie ut s.

Altaria.

Item visitarunt altare b^te Katharine virg^is in medio ipsius eccl^ie edificatam sive fondatum et de

Item eadem die visitarunt capellam b^i Columbe extra dictum locum (Fol. 38 b) de ***Spietz*** fondatam membrum dicte eccl^ie de Spietz, que quasi venit ad ruinam

Eschy.

Die Jovis vigilia Ap^{orum} Petri et Pauli prelibati rev^{di} patres Dmi visitatores eccl^{am} par^{em} de ***Eschy*** extimatam valere communiter oneribus supportatis 60. libras bonorum Lausann. vel circa. Que de presentatione pred^{oram} Dn^{um} Sculteti et consulum Bernens. et institutione pred^{a} esse dignoscitur. Cujus est curatus Dns ***Anthonius Bremgarten,*** qui personaliter residet et deservit in eadem, sub cujus regimine seu animarum cura sunt 30 foci vel circa ut perfertur. In qua omnia et sing. comp. stare et esse comperierunt preter aliqua sup. quibus ipsi Dni ord^{t} et fieri injunxerunt, ut seq. In primis ex a modo in antea sit lumen continue ardens in lampade coram cpe Christi. Item ex infra annum fiat custodia sive viaticum ad portandum corpus Ch^{i} infirmis. Item ex infra 10. decem dies ampule sacr. unctionum intitulentur, et sacre reliquie dum commode fieri poterit ut s. Item ex infra festum nativitatis Dmi calix qui est destructus debite reficiatur. Item ex infra festum Penthecostes monstrancia seu vas in quo portatur cps Ch^{i} in die eucaristie reparetur debite. Item ex infra festum b^{ti} Michaelis apponatur una cathena in medio thuribuli et fibula desuper, et habeatur naveta. Item ex infra annum habeantur abba et adjunctus, una cum stola et manipulo. Item ex infra f. omn. Sct^{um} vererie fenestrarum cancelli debite reaptentur. Item ex infra dictum terminum sacristia ubi indiget reficiatur. Item ex infra biennium fiat una fenestrarum dicte sacristie largior et ferretur debite. Item ex infra f^{m} Pasche habeatur tabula pacis que obsculo detur, ut. s. Item ex infra dictum terminum breviarium reparetur et religetur et etiam psalterium. Item ex infra festum nativitatis Dmi ipsa eccl^{ia} de novo coperiatur. Item ex infra f^{m} omn. Sct^{um} apponatur lampas ante crucifixum et si commode fieri possit, in ea teneatur lumen continuum. Item ex infra f^{m} Pasche ossarium in quo reponuntur ossa mor-

tuorum debite reparetur. Item ex infra 10. dies in lucerna d^e^ eccl^ie^ apponatur fibula desuper ea. Item ex infra (Fol. 39 a) f^m^ nativitatis Dmi fiat fons aspersorii, qui affingatur juxta magnam portam d^e^ eccl^ie^ ab extra in quo renovetur aqua benedicta ut s. Item ex cimiterium manuteneatur in ejus clausura, ita quod animalia non intrent, et infra mensem proxime venturum, in primis 4. angulis apponantur cruces 4. ut s. Item ex infra dictum mensem fiat inventarium per manus notarii de omnibus vestimentis sacerdotalibus, ornamentis altaris et aliis jocalibus d^e^ eccl^ie^, cujus duplum habeant parochiani signatum. Item ex infra triennium fiant extente sive recognitiones de universis et singulis censibus, redditibus et aliis juribus d^e^ eccl^ie^ ne in futurum alienentur et cultus divinus in ea diminuatur. Quarum tamen extentarum habeant pred^i^ parochiani duplum signatum.

Capella de Rinkembach

membrum pred^e^ paroch^lis^ eccl^ie^ de *Eschy*.

Item visitarunt capellam de ***Rinkembach*** filiolam et membrum supradicte eccl^ie^ paroch^lis^ de Eschy, in qua tenetur cps Chi: non est cimiterium neque baptisterium: in ea ordinarunt et fieri injunxerunt ea que sequuntur. Item ex infra annum capella ipsa ab intra dealbetur. Item ex a modo in antea sit lumen continue in lampade ante cps Chri. Item ex infra biennium campana que est rupta reficiatur. Item ex infra annum fiant due albe unacum duobus admictibus stolis et manipulis, acque etiam in eadem capella teneatur superpelicium. Item ex infra f. omn. Sct^um^ fenestra juxta altare crucifixi existens ab extra ferretur: item ex infra dictum terminum fiat tabula sive ymago pacis, que sacerdoti ibidem celebranti obsculo detur populoque ibidem divina audienti ut s. Item ex infra mensem proxime venturam fiat inventarium per manus not^ii^ de omnibus et singulis vestim. sacerd.

ornamentis altaris et aliis jocalibus d^e capelle, cujus duplum habeant habitatores dicti loci signatum.

Adelboden, alias Silva.

Die Sabbati ultima mensis Junii (Fol. 39 b) prelibati Dmi visit^es eccl^am parochialem de *Abdelboden* alias in *Silva* visitarunt valere communiter extimatam oneribus supportatis 50. florenos Rhenenses vel circa. Que de presentatione parochianorum dicte eccl^ie et presentatione (institutione) predicta esse dignoscitur, cujus est curatus Dus *Petrus Elpach* qui personaliter resideat et deservit in eadem, sub cujus regimine seu animarum cura sunt viij^xxti foci vel circa. In qua quidem eccl^ia omnia et singula comp. stare et esse comperierunt preter aliqua sup. quibus ipsi Dmi ordinarunt et fieri injunx. ut seq. Inprimis ex infra proximum f. resurrectionis Dmi fiat ciborium sive almaliolum ad Chr^i cps reponendum in muro prope altare de parte qua dicitur evangelium et foderetur ab intra et ab extra super illo depingatur Chr^i ymago tenens calicem et hostiam desuper benedicens una cum duobus angelis ad dextram et sinistram partem existentes ut supra. Item ex a modo in antea sit lumen die et nocte ardens continue in lampade ante corpus Christi. Item ex infra 10. dies ampule sacrarum unctionum debite intitulentur et sacre reliquie dum commode fieri poterit ut supra. Item ex infra f. Nativ^tis Dmi ymagines super altare parocchiale existentes, que in eorum pedibus apte sunt ad reliquias tenendas, in ipsis reliquie teneantur et claudantur anterius verreria. Item ex infra biennium fenestra rotunda cancelli debite muniatur verreria. Item ex infra dictum terminum habeatur sexternus in quo notentur officia solemnitatum uti curatus predictus dictabit seu ordinabit fienda. Item ex infra f. Nativ^tis fenestra in tecto navis eccl^ie a parte venti existens muniatur verreria aut saltem de tela. Item ex infra biennium reficiatur

verreria fenestre altare S^{ti} Anthonii illuminantis. Item ex infra dictum terminum fiat ossarium sive locus ad reponendum ossa mortuorum retro campanile. Item ex infra annum fiat antitectum supra magnam portam dicte eccl^{ie} et infra festum Pasche fiat fons aspersorii qui affingatur juxta pred^{am} portum ut supra. Item ex infra triennium et citius si commode fieri possit eccl^{ia} ipsa complanctur et foderetur postibus. Item ex a modo in antea clausura cimiterii debite manuteneatur ita quod animalia non intrent et infra mensem proxime venturum fiant 4. cruces nemoree vel lapidee unius hominis altitudinis que apponantur in 4. quadris pred^{i} cimiterii. Item ex infra dictum mensem fiat inventarium per manus notarii de omnibus et singulis vestimentis sacerdotalibus, ornamentis altaris et aliis jocalibus dicte eccl^{ie} cujus duplum habeant parochiani signatum. Item ex infra triennium fiant extente sive recognitiones de universis et singulis censibus, (Fol. 40 a) redditibus et aliis juribus dicte eccl^{ie}, ne in futurum alienentur et cultus divinus in eadem diminuatur. Quarum tamen extentarum habeant pred^{i} parochiani duplum signatum.

Fructingen.

Die dominica prima mensis Julii anno quo supra rev^{di} in Chr^{o} patres Dmi Franciscus de Fuste Ep^{us} Granat. et Henricus de Alibertis abbas Filiaci visit^{es} prefati eccl^{am} paroch^{em} de *Fructingen* visitarunt extimatam communiter valere oneribus supportatis . . . . . Que de presentatione pred^{orum} prep^{i} et conventus monast^{ii} Interlac. et institutione pred^{a} esse dignoscitur, cujus est curatus Dus *Conradus Svveyter* presbyter canonicus dicti mon^{ii} qui personaliter residet et deservit in eadem, sub cujus regimine seu animarum cura . . . . foci vel circa. In qua omnia et sing. comp. st. et esse comp. preter aliq. sup. quib. ipsi Dmi ordin. et fieri injunx.

Item visitarunt altaria in eadem eccl^{ia} fondata et primo altare b^{te} M^{e} virg^{is} dotatum de certis censibus pro certis missis qualibet ebdomada celebrandis: cujus est altarista s. capellanus Dus *Nicolaus Convers* auctoritate ordinaria per eosdem Dos visitatores in et de eodem institutus. Item visitarunt alia duo altaria, unum in honore b^{ti} Michaelis in medio eccl^{ie} et aliud a parte qua dicitur epistola in honore s^{te} crucis, fondata non dotata que quidem altaria una cum majori fuerunt per prefatum Dum Ep^{um} Granatensem consecrata, tn quibns omnia competenter stare comperta sunt.

Sucz. Sutz.

Eadem die visitarunt eccl^{am} paroch^{lem} de *Sucz*, extimatam valere comm^{tcr} onr. supp. . . . . .
Que de present^{e} pred^{i} Dmi abbatis Locidei et instit^{e} pred^{a}, cujus est curatus frater *Nicolaus cancri* alias *Kriepz*, religiosus pretacti monast^{ii} Locidei, qui personaliter residet et deservit in eadem, sub cujus regimine s. animarum cura sunt 16. foci vel c^{a} in qua omnia . . . ut sequitur. Inprimis ex infra annum almaliolum pro cpe Chr^{i} jam inceptum debite compleatur, fodereturque et depingatur ut s. Item ex a modo in antea teneatur lumen die ac nocte continue ardens in lampade ante cps

Christi. Item ex infra prox^{um} f. assumptionis b^{te} M^{e} virg. sacre unctiones intitulentur. Item ex infra f. omn. Sct^{um} fiat tabnla s. ymago pacis que obsculo ut s. tradatur. Item ex infra (Fol. 59 b) d^{um} terminum apponatur una cathena necessaria thuribulo et fiat naveta s. vasculus ad tenendum incensum. Item ex infra f. Nativ^{tis} Dmi quidam sexterni indebite positi s. suti reaptentur. Item ex infra annum eoopertura portici eccl^{ie} reparetur : item ex infra eundem annum introitus cimiterii reaptetur et alibi ubicunque indiget debite reaptetur ita quod animalia non intrent. Item ex infra mensem apponantur 4 cruces in eodem cimiterio ut s. Item ex infra f. b^{ti} Michaelis fiat invent. per manus not^{ii} de univ. om. et sing. vestim. sacerd. ornam. altaris et aliis jocal. d^{e} eccl^{ie} , cujus dupl. hab. par^{i} sign. Item ex infra triennium omnes singuli redditus et cens os d^{e} eccl^{ie} in libro redigantur, ut s. In ipsa eccl^{ia} est unum altare non dotatum neque consecratum.

Novavilla.

Die dmca 22de m. Julii anno quo s. Rev^{di} in Chr^{o} pes Dms Ep. Granat. et abb. Fil. visit^{es} pref^{i} eccl^{am} par^{lem} extra muros ville Novaville dictam *alba eecl^{ia}* extimatam valere comm^{ter} oner. support. . . . . que de present^{e} Dmi Abb. Bellilagie et instit^{e} pred^{a} esse dignoscitur, cujus est curatus frater *Johannes Gisez* relig. pred^{i} monast^{ii} Bellilagie, qui personaliter residet et deservit in eadem, sub cujus regimine s. animarum cura sunt . . . foci vel c^{a} ut prefertur visitarunt, in qua omnia . . . ut sequitur. Item ex infra Nativ. Dmi prox^{e} venturam fiat monstrantia s. vasculus ad tenendum et portandum corpus Christi in die ipsius eucaristie reparetur et mundetur debite : item ex infra annum verrerie fenestrarum cancelli reparentur debite. Itaque ex dum commode fieri poterit reliquie ejusdem eccl^{ie} intitulentur

cedulis pergameneis habita tamen informatione veridica quorum membrorum et sanctorum sunt. Item ex infra quatriennium fiat unum bonum et competens antiphonarium: item ex quantocius commode fieri poterit, murus cancelli a parte sacristie s. campanilis refingatur: Item ex infra annum fiant celi se cooperture super altaribus d^e^ eccl^ie^ in alto (Fol. 60 a) existentes et listellentur ne pulveres aut alie immunditie cadant super eisdem altaribus. Item ex infra mensem fiant 4 cruces nemoree v. lapidee altitudinis unius hominis que apponantur in 4 angulis cimiterii, cujus clausura manuteneatur debite ut s. Item ex infra d^um^ terminum fiat inventarium per manus not^ii^ de univ. omn. et sing. vestim. sacerd. ornam. alt. et al. joc. d^e^ ecc^ie^, cujus duplum habeant par^i^ sign. Item ex infra triennium omnes census redditus d^e^ eccl^ie^ in libro ad modum extentarum s. recognitionum redigantur ut s.

Altaria.

Item visitarunt altaria in eadem eccl^ia^ fondata et primo altare s^e^ crucis et b^ti^ Nicolai confessoris, consecratum et non dotatum: item altare b^te^ M^e^ virg. et sc^te^ Agathe consecratum et de certis redditibus una cum capella b^ti^ Jodoci postmentionata pro una missa qualibet ebdomada in eadem capella b^te^ M^e^ virg. die lune per capellanum earundem capelle et altaris celebranda dotatum, quarum est capellanus s. altarista . . . . . Item visitarunt altare b^te^ Me Magdalenes b^tum^ Sebastiani et trium magorum hodie consecratum et de tribus somatis vini cens. quas dedit Nicolaus Layt burgensis Noveville dotatum.

In ipsa siquidem parochiali eccl^ia^ non tenetur cps Chr^i^ sed in capella ejus filiali que existit infra villam Nove ville fondata actento quoque porte ipsius eccl^ie^ semper clauduntur de nocte hora competenti et curatus pretactus in d^a^ villa moratur.

Capella infra villam.

Item visitarunt capellam Ste Katherine virg^is^ Sc^ti^ Georgii et 11,000 virginum infra prd^um^ locum Noveville fondatum, que est filiola et membrum pred^e^ par^lis^ eccl^ie^. In ipsa quoque capella est permisserius auctoritate ordinaria canonice institutus, Dus *Johonnes Reyer* presbyter, qui personaliter residet et deservit in eadem et singula in ipsa capella competenter stare et esse comperierunt.

(Folgt Landeron).

(Fol. 61 b). *Duanna.*

Eadem die visitarunt eccl^am^ par^lem^ de *Duanna* extimatam valere comm^ter^ oner supp. . . . . vel circa, que de present^e^ commendatoris domus in Buchsy ordinis Hicrosolymitani Constant. dioc. et instit^e^ pred^a^. Cujus est curatus frater *Johannes Lotz* presbtr relig. ord. pred^i^ qui personaliter residet et deservit in eadem sub cujus regimine s. animarum cura sunt 40. foci, vel c^a^, in qua omnia . . . . . ut sequitur. Inprimis ex infra annum prox^e^ venturum fiat ciborium s. almaliolum ad Chr^i^ cps repoaendum in muro prope altare a parte qua dicitur evangelium et foderetur ab intra postibus: ab extraque super illo depingatur Chr^i^ ymago tenens calicem et hostiam desuper benedicens una cum duobus angelis ad dextram et sinistram partem existentibus duosque cereos ardentes depictos tenentibus ut s. Item ex a modo in antea sit lumen die ac nocte continue ardens in lampade coram Chr^i^ cpe. Item ex infra proximum f. b^ti^ Michaelis archangeli fiat custodia sive vasculus ad tenendum Ch^i^ cps. Item ex infra d^um^ terminum thuribulum reaptetur bene et debite et fiat naveta s. vasculus ad tenendum incensum et inhibetur ne ulterius in illo utatur cera sed incenso. Item ex dum commode

fieri poterit reliquie intitulentur ut s. Item ex infra annum antiphonarium (Fol. 62 a) religetur et reparetur. Item dum et commode et citius fieri poterit murus volte inter cancellum et navem eccl^{ie} dealbetur et sacristia debite compleatur et in illa fiat lavatorium ut supra. Item ex infra triennium fenestra nova que est a parte domus presbt^{lis} in navi eccl^{ie} et illuminat altaria ferretur et secure claudatur et dum commode fieri poterit ponatur verreria. Item ex infra mensem fiant 4. cruces que apponantur in 4. quadris cimiterii et ipsum cimit. semper manuteneatur clausum ut s. Item ex infra f. b^{ti} Michaelis prox^{e} venturum fiat inventarium per manus not^{ii} de omnibus et sing. vestim. sacerd. ornam. alt. et aliis jocal. ejusdem eccl^{ie}, cujus dupl. hab. par^{i} sign. Item ex infra triennium fiant extente s. recogn. de univ. omn. et sing. cens. reddit. et aliis juribus d^{e} eccl^{ie}, ne infut. alien. et cultus div. in ead. diminuatur, quarum tamen extent. habeant pred^{i} paroch^{i} dupl. sign.

Diesse.

Die Martis sequenti visitarunt eccl^{am} par^{lem} in ***Diesse*** extimatam valere comm^{ter} on. supp. 40. libras bonorum Lausann. vel c^{a} que de presentat^{e} Dmi abbatis monast^{ii} Herilacensis alias insule b^{ti} Johannis ordinis S^{ti} Benedicti pred^{e} Laus. dioc. et institut^{e} pred^{a} esse dignoscitur, cujus est curatus Dus ***Johannes Clerici*** canonicus Novicastri qui non residet, sed deservire facit per Dum ***Guidonem Clerici*** pbtum ejus nepotem et vicarium presentatum et admissum, sub cujus regimine s. animarum cura sunt 100 foci vel c^{a}. In ipsa etiam eccl^{ia} omnia et sing. . . . . ut sequitur. Item ex a modo in antea teneatur lumen die ac nocte ardens continue ante cps Chr^{i}. Item ex infra triennium et citius si commode fieri poterit fiat una bona et competens custodia s. vasculus ad tenendum eps Chr^{i}. Item ex infra 10 dies

sacre unctiones intitulentur ut s. (Fol. 62 b). Item ex infra 10 dictos dies calices d^{e} eccl^{ie} mundentur debite. Item ex infra annum fiant due channete ad ministrandum vinum et aquam in altari. Item ex infra quinquennium et citius si commode fieri possit fiat una bona et competens sacristia cum volta juxta cancellum dicte eccl^{ie} a parte qua dicitur evangelium, ita quod introitus ipsius sit in cancello et ipsa sacristia pavetur s. foderetur postibus: et in ea teneatur pelvis una cum tobalia ut s. et fiat lavatorium. Item ex infra eundem terminum fiat almaliolum pro cpe Chr^{i} reponendum ut s. Item ex infra 10. annos et citius si commode fieri possit fiat campanile a parte anteriori ipsius eccl^{ie}. Item ex infra f. Pasche duo passus qui sunt ante magnum altare elargiantur de uno pede ab utraque parte et specialiter juxta ipsum altare et postmodum foderentur ipsi duo passus de lignis bone et debite. Item ex infra annum muri et introitus cimiterii ubicunque necessarium est et fuerit, reparentur et infra mensem in ipsius 4. angulis reponantur cruces 4. Item ex infra d^{um} mensem fiat invent. per manus not^{ii} de omn. vestim. sacerd. ornam. alt. et al. jocal. d^{e} eccl^{ie} cujus dupl. hab. par^{i} sign. Item ex infra triennium fiant extente s. recognit. de univ. omn. et sing. cens. reddit. et al. jur. d^{e} eccl^{ie} ne in fut. alien. et cult. div. in eadem diminuatur, quarum tamen extent. hab. pred^{i} parochiani dupl. sign. Item visitarunt duo altaria in ipsa fondata et non dotata annexa huie pred^{e} par^{li} eccl^{ie}.

Gleresse, membrum pred^{e} par^{lis} eccl^{ie} de *Diesse*.

Item eadem die visitarunt eccl^{am} sive capellam de *Gleresse*, filiolam et membrum suprad^{e} paroch^{lis} eccl. de Diesse, in qua teneatur cps Chr^{i}, fontes baptismales, unctiones sacre et habet cimiterium et ibidem deservitur per curatum seu ejus vicesgerentem: in ipsa quoque sunt duo

altaria fondata videlicet altare be^{torum} Fabiani et Sebastiani martyrum et altare b^{ti} Anthonii confessoris que sunt consecrata et de certis paucis censibus dotata pro una missa qualibet ebdomada per dictum curatum s. ejus vicarium vel alium nomine suo ibidem celebrandis: in quibus siquidem capella et altaribus omnia et sing. . . . . ut sequitur. Inprimis ex infra biennium fiat almaliolum pro cpe Chr^{i} ut s. (Fol 63 a). Item ex a modo in antea sit lumen die ac nocte ardens continue ante cps Christi. Item ex infra f. b^{ti} Michaelis fenestre juxta altare Sct^{um} Fabiani et Sebastiani claudantur verreria aut saltem tela et passus ante d^{um} altare de lapidibus reaptetur. Item quod infra f. Nativ. Dmi monstrantia in qua portatur cps Chr^{i} in die eucaristie reaptetur debite. Item ex infra dictnm terminum apponatur una cathena necessaria thuribulo et fiat naveta ut s. Item ex infra 10. dies fontes bap^{les} debite cum sera et clave claudantur et jungantur. Item ex infra mensem fiant 4 cruces nemoree vel lapidee altitudinis unius hominis, que appon. in 4. ang. cimit. et ipsum cimit. spr. manuteneatur in clausura sua. Item ex infra d^{um} terminum fiat invent. per manus not^{ii} de omn. et singulis vestim. sacerd. ornam. alt. et al. jocal. d^{e} eccl^{ie} cujus dup. hab. habitatores d^{i} loci sign. Item ex infra f. resurrectionis Dmi fiant duo celi super duo altaria pred^{a} ita quod pulveres amplius non cadant super ipsius.

(Folgen die Neuenburgischen Gemeinden).

Champion. (Fol. 78 b).

Die 8va m. Augusti anno quo s. prelib^{i} rev^{di} ptes Dmi visit^{es} eccl^{iam} paroch^{em} de *Champion* visitarunt extimata m valere comm^{ter} oner. supp. 50. libras bonorum Lausann. vel c^{a}, que de present^{e} illustris Dmi comitis Novicastri ad causam ville sue de Cerlie et instit^{e} prelib^{i} rev^{di} patris Dmi

n. Lausann. Ep^{i} esse dignoscitur: cujus est curatus Dus *Nicolaus Schaafhuser* canon^{s} Solod. qui non residet sed deservire facit per Dum *Rodulphum de Anes*, ejus vicarium presentatum et admissum, sub cujus regimine s. animarum cura sunt . . . . foci vel c^{a}. Omnia in ea et sing. . . . . ut sequitur. Inprimis infra annum fiat ciborium v. animaliolum ad cps Chr^{i} reponendum in muro prope altare a parte qua dicitur evangelium et foderetur ab intra postibus et ab extra super illo depingatur Chr^{i} ymago tenens calicem et hostiam desuper benedicens una cum duobus angelis ad dextram et sinistram partes existentibus duosque ardentes cereos in eorum manibus depictos cum qua decet reverentia tenentibus. Item ex a modo in antea teneatur lumen die ac nocte ardens continue in lampade coram Chr^{i} cpe. Item ex infra pred^{um} annum fiat una et competens custodia ad tenendum corpus Christi. Item ex infra biennium fenestra que est in muro cancelli a parte sinistra fiat major et vitrietur. Item ex infra f. b^{ti} Michaelis thuribulum reaptetur et fiat naveta s. vasculus ad tenendum incensum. Item ex infra prox^{um} f. resurrectionis Dmi crux que portatur ad infirmos reparetur: item ex infra triennium navis eccl^{ie} pavetur s. foderetur postibus: Item ex infra annum fiat unus bonus et competens sexternus in quo notentur officia solennitatum ad dictamen curati ut s. Item ex infra f. Nativ^{tis} Dmi fiat fons aspersorii s. lapis ad tenendam aquam benedictam qui affigatur muro prope magnam portam eccl^{ie} ab extra, in quo renovetur aqua benedicta qualibet die Dmca. Item ex infra triennium muri d^{e} eccl^{ie} ab intra et ab extra dealbentur. Item ex infra annum fiat tectum super portam d^{e} eccl^{ie} ab extra. Item ex infra f. b^{ti} Michaelis fiant 4. cruces nemoree vel lapidee altitudinis unius hominis vel c. que appon. in 4. quadris cimiterii, quod qdm cimit. infra annum claudatur ut s. Item ex infra pred^{am} mensem fiat invent. per manus not^{ii} de univ. omn. et sing. vestim.

sacerdot. ornam. alt. et al. jocal. d^{e} eccl^{ie}, cujus dupl. (Fol. 79 a) hab. par^{i} sign. Item ex infra triennium fiant extente s. recognit. de omn. et sing. cens. reddit. et al. joc. d^{e} eccl^{ie} ne in fut. alien. et cultus div. in eadem diminuatur, quarum t. ext. hab. pred^{i} par^{e} dupl. sign. Item in eadem eccl^{ia} est unum altare fondatum et non dotatum, tum per pref^{um} rev^{dum} patrem Dum Ep^{um} Granat. consecratum.

Anez. Inns.

Eadem die visitarunt eccl^{am} s. capellam de *Anez*, filiolam et membrum suprad^{e} eccl^{ie} paroch^{lis} de *Champion:* in ea tenetur cps Chr^{i}, sunt fontes baptismales, cimiterium et omnia alia insignia eccl^{ie} paroch^{lis}. In qua quidem capella omnia et sing. . . . . ut sequitur. Et primo ex infra proximum f. Nativ^{tis} Dmi custodia s. vasculus in quo tenetur cps Chr^{i} debite reparetur. Item ex a modo in antea teneatur lumen ardens contiue in lampade coram Chr^{i} cpe. Item ex infra pred^{um} f. Nativ^{tis} Dmi fiat tabula s. ymago pacis que detur ad obsculandum ut s. Item ex infra biennium navis eccl^{ie} pavetur lapidibus s. foderetur postibus. Item ex infra triennium cancellus debite repingatur. Item ex infra prox^{um} f. resurrectionis Dmi fiat s. apponatur verreria fenestre juxta altare Sc^{ti} Katherine et passus ante ipsum altare reparetur. Item ex infra f. Nativ^{tis} Dmi liber vite in quo inscribuntur census ipsius eccl^{ie} debite reparetur. Item ex infra annum solerium ipsius eccl^{ie} et trabatura prima campanilis reaptentur: item ex infra pred^{um} terminum clausura cimiterii ubicunque indiget reparetur. Item ex infra mensem fiant 4 cruces nemor. v. lapid. altid. unius hom. que appon. in 4. quad. cimit^{ii}. Item ex infra annum fiat fons aspersorii et apponatur juxta

portam d^e^ eccl^ie^ ut s. Item ex infra pred^um^ mensem fiat invent. per manus not^ii^ de omnibus et sing. . . . . cujus dupl. habeant habitatores d^i^ loci signatum.

Fenix prope Cerliacum.

Eadem die visitarunt eccl^iam^ par^lem^ de *Fenix* prope Cerliacum extimatam valere comm^ter^ oner. supp. . . . . Que de present^e^ Dmi comitis Novicastri ad causam ville sue de Cerlie et instit^e^ pred^a^ esse dignoscitur: cujus est curatus *Dus Rodulphus de Anez* pbtr qui non residet personaliter, sed ab eodem loco de *Anez* ibidem deservit: sub cujus regimine s. animarum cura sunt . . foci vel c^a^ in qua omnia et sing. . . . . sequuntur. Inprimis ex a modo in antea sit lumen die ac nocte continue ardens coram cpe Christi. Item ex infra f. omn. Sct^um^ vasculus s. custodia in qua tenetur cps Chr^i^ reaptetur debite. Item ex infra d^um^ terminum thuribulum reaptetur et fiat naveta s. vasculus ad tenendum incensum. Item ex infra ipsum f. fiat lanterna ad portandum lumen cum cpe Chr^i^ infirmis. Item ex infra prox^um^ f. Nativ^is^ Dmi fiant due stole et duo manipuli boni et condecentes. Item ex infra sexennium fiat unum bonum et competens missale ad usum eccl^ie^ Lausann. Item ex infra annum fiat sexternus in quo notentur officia solennitatum ad dictamen d^i^ curati ut s. Item ex infra d^um^ terminum verrerie caucelli reparentur debite. Item ex infra pred^um^ f. Nativ. Dmi muri cancelli denigrati dealbentur et inhibetur ne ulterius faces in illis extingantur, sed cum cornu aut alia re ad hoc apta. Item ex infra f. omn. sct. introitus magne porte ipsius eccl^ie^ debite reaptetur et copertura super eandem portam reparetur. Item ex infra annum apponatur fons aspersorii juxta pred^am^ magnam portam ab extra, in quo benedicatur aqua benedicta qualibet die Dmca. Item ex infra quin-

quennium eccl^{ia} ipsa pavetur seu foderetur ut s. Item ex infra annum carnerium s. ossarium in quo reponuntur ossa mortuorum tollatur a loco suo et reponatur in loco ad hoc magis apto et condecenti. Item ex infra mensem appon. cruces in cimiterio et ipsum cimit. spr manuten. clausum ut s. Item ex infra f. b^{i} Michaelis fiat invent. de vestim. et al. jocal. ejusdem eccl^{ie} et infra triennium fiant extente ut s.

Cerliez alias Herlach. Fol. 80 a).

Die Veneris sequenti 10^{a} m. Augusti anno quo s. prelib^{i} rev^{di} patres Dmi Ep. Gran. et abb. Fil. visit^{es} cte. eccl^{iam} paroch^{lem} de *Cerliez* alias de *Herlach* visitarunt extimatam valere comm^{ter} oner. supp. . . . . libras bonorum Laus. vel c^{a}, que de present^{e} pred^{i} abbatis monasterii Herlacensis, alias insule S^{ti} Johannis et ex instut^{e} pred^{e} esse dignoscitur, cujus est curatus Dus *Henricus de Ryel* pbtr, qui personaliter residet et deservit in eadem, sub cujus regimine s. animarum sunt . . foci vel c^{a}, in qua quidem eccl^{ia} omn. et sing. . . . . ut sequitur. Inprimis ex a modo in antea sit lumen ardens continue ante cps Chr^{i} ut s. Item ex infra prox^{um} f. resurrectionis Dmi almaliolum s. ciborium, in quo tenetur cps Chr^{i} ab intra foderetur postibus et ab extra depingatur. Item ex infra d^{um} terminum fiat viaticum s. vasculus ad tenendum et portandum cps. Chr^{i} infirmis. Item ex infra f. Nativ^{tis} Dmi ponatur cathena nevessaria thuribulo et fiat naveta s. vasculus ad tenendum incensum. Item ex infra d^{um} terminum fiat tabula s. ymago pacis, que detur ad obsculum ut s. Item ex infra annum muri cancelli per totum dealbentur et infra triennium depingatur. Item ex infra mensem fiant duo candelabra nemorea depieta et ferrata desuper ut supra. Itsm ex infra mensem apponantur cruces in cimiterio et

ipsum cimit. semper manuteneatur clausum ut s. Item ex infra d^{um} terminum fiat invent. per manus not^{ii} de omn. et sing. vestim. sacerd. et al. jocal. ejusdem eccl^{ie} et etiam fiant extente ut s.

Altaria.

Item visitarunt altaria s. capellanias in ipsa eccl^{ia} fondatas et primo altare b^{ti} Nicolai per Nobilem Joffredum Uberhardum de Berno fondatum et de certis censibus pro certis missis qualibet ebdomada celebrandis dotatum. In quo nondum erat canonice institutus; sed post modum ad ipsum Dus Nicolaus Gunsi prbtr de Nidavv . . . et ex parte Nicolai Juglier burgensis Cerliaci, heredis pred^{i} quondam Joffredi presentavit Johannem Kerdet clericum (Fol. 80 b) d^{i} loci Cerliaci qui fuit institutus in persona pred^{i} Dmi *Henrici de Ryel* curati loci in quo siquidem altari omnia competenter stare reperta sunt.

Altare b^{te} M^{e} virg,

Item visitarunt altare b^{e} M^{e} virg. in quo permicerius ipsius eccl^{ie} s. rector Sc^{ti} Ymerii intra muros pred^{i} loci Cerliaci habet celebrare singulis diebus dmcis et festivis et propterea percipit certos census vini.

Altare Sc^{ti} Sebastiani.

Item visitarunt altare b^{ti} Sebastiani hodie consecratum sed non dotatum . . . . Capella Sc^{ti} Ymerii intra muros pred^{i} loci Cerliaci . . Item visitarunt capellam Sc^{ti} Ymerii infra muros pred^{i} loci Cerliaci fordatum et de . . . . . dotatam, cujus est rector Johannes Tunchy clericus Cerliaci.

(Lücke).

Cortelary. (Fol. 81 a).

Die dmnca 12ma predi m. Augusti prefi Dmi visitatores ecclam parochlem de Cortelary visitarunt extimatam valere commter oneribus supp. . . . . que de presente revdi ptris Dmi Epi Basiliensis et institute preda esse dignoscitur: cujus est curatus Dus *Johannes Zeninger* psbtr qui personaliter residet et deservit in eadem, sub cujus regimine s. animarum cura sunt 28. foci vel ca. Omnia in ead. ecclia . . . . . que sequuntur. Iuprimis ex a modo in antea teneatur lumen ardens continue in lampade coram Chri cpe. Item ex infra proxum f. resurrectionis Dmi fiat vasculus ad portandum Chri cps infirmis : Item ex infra 10. dies sacre unctiones intitulentur ut s. Item ex infra biennium fiat coclear argenteum ad ministrandum ut s. Item ex infra f. Penthecostes fiat monstrantia s. vasculus ad portandum corpus Chri in die ipsius eucaristie. Item ex infra annum muri sacristie imbochientur ac ipsa sacristia pavetur seu foderetur postibus et in ipsa teneantur pelvis et tobalia. Item ex infra f. Pasche baptisterium amoveatur seu tollatur a loco suo et reponatur juxta grossum pillare ibidem existens. Item ex infra f. omn. Sctum cimiterium debite claudatur et in eo apponantur 4. cruces ut s. Item ex infra annum verrerie cancelli reparentur debite. Item ex infra f. bti Michaelis fiat invent. per manus notii de vestim. sacerd. ornam. alt. et al jocal. ejusd. ecclie, cujus dupl. hab. parochi sign. Item ex Infra triennium fiant extcnte s. recogn. de univ. omn. et sing. cens. reddit. et al. jur. de ecclie ne in fut. alien. et cult. div. in eadem diminuatur. Quarum tamen extent. hab. predi parochi dupl. sign. Item ex infra annum domus presbytlis et maxime stupa illius reparetur debite.

Sti Ymerii.

Eadem die (Fol. 81 b) visitarunt ecclam parlem Sti Ymerii

Inprimis ex infra triennium almaliolum ad Chri reponendum depingatur ut s. Item ex a modo in antea sit lumen ardens die et nocte in lampade ante cps Christi. Item ex infra 10 dies sacre unctiones intitulentur ut s. Item ex infra proxum f. Nativ. Dmi fiat naveta s. vasculus ad tenendum incensum et thuribulum reparetur. Item ex infra dum f. fiant duo candelabra ut s. Item ex infra annum missale ubicunque indiget reparetur et religetur debite. Item ex infra dm annum pistina reaptetur et in ea teneantur pelvis et tobalia. Item ex infra predum f. Nativtis Dmi tabula pacis repingatur et etiam verrerie fenestrarum de ecclie ubicunque indigent reaptentur. Item ex infra dum f. vultus et manus Ymaginis bte Me virg. reparentur et refingantur debite. Item ex infra annum cancellus pavetur s. fodevetur postibus. Et infra triennium navis ejusdem ecclie similiter foderetur. Item ex infra f. Nativis Dmi appon. 4. crnces in ang. 4. cimiterii et ipsum cimit. spr. manut. clausum ut s. Item ex infra f. bti Michaelis fiat invent. per manus notii de omn. vestim. sacerd. ornam. alt. et al. jocal. ejusdem ecclie, cujus dupl. hab. pari sign. Item ex infra triennium redditus census et alia jura de ecclie redigantur in libro ut s.

(Lücke).

Corgemont.

Eadem die (Fol. 83 a) Dmnca visitarunt ecclam parlem de *Corgemont* extimatam valere commter oner. supp.

. . . . . que de present^{e} prelib^{i} revd^{i} ptrs Dmi Ep^{i} Basil et instit^{e} pred^{e} esse dignoscitur: et cujus est curatus Dus *Johannes de Gomeys* pbtr qui personaliter residet et deservit in eadem, sub cujns regimine s. animarum cura sunt 30. foci vel c^{a}, iu qua omnia et sing. . . . . ut sequntur. Primo ex a modo in antea sit lumen die ac nocte ardens continue in lampade ante corpus Christi. Item ex infra prox^{um} f. Nativ^{is} Dmi fiant due ampule sive channette ad ministrandum vinum et aquam in altari. Item ex infra annum verrerie cancelli ubicunque indigent reaptentur. Item ex infra biennium ipse cancellus pavetur s. foderetur postibus et similiter navis eccl^{ie} dum commode fieri poterit. Item ex infra f. omn. sct^{um} copertura eccl^{ie} reparetur debite et infra triennium recoperiatur de novo. Item ex infra annum fiat vasculus condecens ad reponendas reliquias honeste. Item ex infra annum sacristia s. campanile foderetur postibus. Item ex infra f. b^{ti} Michaelis grosse arche que existunt in eadem eccl^{ia} tollantur et inhibetur, ne ulterius ibidem talia nec aliqua prophana teneantur. Item ex infra mensem fiant 4. cruces nemor. v. lapid. altit. unius hom. que appon. in 4. quadris cimit^{ii} item ex infra eundem term. fiat invent. per manus not^{ii} de univ. om. . . . . par^{i} sign. Item ex infra triennium fiant extente s. recogn. aut saltem redditus census et alia jura d^{e} eccl^{ie} redigantur in libro ad modum extentarum. Item ex a modo in futurum pred^{um} cimiterium spr. manut. clausum ita quod animalia non intrent.

Sombevaulx. (Fol. 83 b).

Eadem die visitarunt eccl^{am} de *Sombevaulx*, cujus fructus quasi nulli sunt., que de present^{e} Dmi abbutis Bellilagie ord. Premonst. Basil. dioc. et instit^{e} pred^{a} esse dignoscitur. In qua ad presens nullus est curatus nec alius est institutus sed cujus regimen commiserunt

pref^{i} Dmi visit^{es} anted^{o} Dmo *Johanni de Comoys* curato de Corgemont, qui a dicta cura sua ibidem deservit et sub cujus animarum cura sunt duo foci. In ipsa non tenetur cps Christi, tamen sunt fontes bapt^{les} et cimiterium: omnia et singula . . . . . ut sequitur. Inprimis ex infra annum almaliolnm cps Chr^{i} jam inceptum debite compleatur. Item ex infra f. Pasche thuribulum reaptetur. Item ex infra f. pred^{am} Pasche grosse arche et alia prophana in eadem eccl^{ia} existentia tollantur s. amovcantur et inhibetur ne ulterius talia ibidem teneantur. Item ex infra mensem appon. 4 cruces in cimit. et ipsum cimit. spr. manut. clausum ut s. Item ex infra f. b^{ti} Michaelis fiat invent. per manus not^{ii} de vestim. ornam. et al. joc. ejdm. eccl^{ie}, cujus dupl. hab. par^{i} sign. Item ex infra triennium redd. cens. et alia jura ipsius eccl^{ie} redigantur in libro ad modum extentarum, ne in fut. alien. et cult. div. in eadem diminuatur.

Tuvfelen. Töuffelen.

Die lune 13^{m} pred^{i} m. Augusti pref^{i} Dmi visit^{es} eccl^{am} par^{lem} de *Tlvfelen* visitarunt extimatam valere comm^{ter} oner. supp. 70. libras Bernen. vel c^{a} que de present^{e} Dmi Abbatis Locidei ord. premonstr. pred^{e} Laus. dioc. et instit^{e} pref^{i} Di n^{i} Lausann. esse dignoscitur et cujus est curatus frater *Johannes piscatoris* ejusdem monast^{ii} et ord. qui personaliter residet et deservit in eadem, sub cujus regimine s. animarum cura sunt . . foci vel c^{a}: in qua omnia . . . . . ut sequitur. Inprimisex a modo in antea sit lumen die ac nocte continue ardens in lampade coram Chr^{i} cpe. Item ex infra (Fol. 84 a) prox^{um} f. resurrectionis Dmi altare par^{le} circum circa pedem ipsius reformetur debite. Item ex infra annum fiat coclear argenteum pro ministrando infirmis ut s. Item ex infra d^{um} terminum muri cancelli dealbentur et ipse cancellus subpavetur lapidibus seu foderetur postibus

Item ex infra quadriennium navis ipsius eccl^{ie} etiam foderetur postibus. Item ex infra triennium sacristia dealbetur et pavetur lapidibus: et infra annum habeatur naveta ad tenendum incensum. Item ex infra f. Nativ^{is} Dmi fiat lavatorium in eadem eccl^{ia} et teneatur pelvis et tobalia. Item ex infra annum prox^{e} venturum cimiterium claudatur ut s. Item ex infra mensem fiant 4. cruces nem. vel lapid. altit. un. hom. que app. in 4. quadr. cimit. Item ex infra f. b^{ti} Michaelis fiat invent. per manus not^{ii} de omn. . . . . paroch^{i} signatum. Item ex infra triennium fiant extente de omn. et univ. cens. et al. jur. d^{e} eccl^{ie} aut saltim ipsi census in libro redigantur ut s.

Walperzwil.

Die Martis 40° pred^{i} m. Aug^{i} prelib^{ti} Dmi Ep^{us} et Abbas visit^{es} eccl^{am} par^{lem} de ***Walperzwil*** visitarunt extim. val comm. on. supp. 40 libras vel c^{a}, que de present^{e} pref^{i} Dmi abbatis Herlacensis instit^{e} pred^{a} esse dignoscitur: cujus est curatus Dus ***Henricus Sizeler***, canon. Salodor. qui non residet, sed in eadem deservire facit per Dm ***Hermannum Hesemann*** ejus vicarium, sub cujus regimine s. animarum cura sunt 20 foci vel c^{a}, in quo omnia et sing. . . . . ut sequitur. Primo ex infra annum fiat ciborium s. almaliolum ad cps Chr^{i} reponendum, ut s. Item ex a modo in posterum sit lumen die et nocte ardens continue in lampade ante cps Christi. Item ex infra f. b^{ti} Michaelis habeatur lanterna nova aut illa que nunc est reparetur debite, et similiter thuribulum et fiat naveta seu vasculus ad tenendum incensum. Item ex infra (Fol. 84 b) triennium fiat unum bonum et competens missale ad usum eccl^{ie} Lausann. Item ex infra quinquennium fiant graduale, antiphonarium et breviarium bona et competentia ad usum pred^{am}. Item ex infra f. omn. sct^{um} crucifixus

crucis que portatur ad processionem reparetur debite. Item ex infa d^{um} term. habeatur pistina ad portandum oleum infirmorum infirmis ipsis. Item ex infra f. b^{ti} Michaelis vasa nucis et alia prophana que in ipsa eccl^{ie} existunt amoveantur ab eadem et inhibetur ne ulterius talia in eadem teneantur. Item ex infra f. Nativ^{is} Dmi sedes ab eadem eccl^{ia} etiam tollantur et ipsa eccl^{ia} plana teneatur. Item ex infra mensem fiant 4. cruces altit. un. hom. que appon. in 4. quadris cimiterii, cujus clausura cimit. manut. ita quod animalia non intrent ut s. Item ex infra d^{um} mensem fiat invent. de vestim. ornam. et al. jocal. ejdm. eccl^{ie} ut s. Item ex infra triennium redditus et census ipsius eccl^{ia} redigantur in libro ad modum extent. Item et quia domus prbt^{lis} est ruinosa et valde indiget reparatione, ideo injungitur, ex infra triennium reparetur et reficiatur debito modo et exnunc propterea injungitur et ordinatur quod deducto servitio divino tertia pars fructuum et emolumentorum ejusdem eccl^{ie} tam per rev^{dum} Dum abbatem Insule sc^{ti} Johannis Herlacensis patronum unacum juratis ipsius eccl^{ie} anno quolibet ipsorum trium annorum recipiatur et in refectione ejusdem domus debite implicetur.

Sizellen.

Eadem die visitarunt eccl^{am} par^{lem} de ***Sizellen*** extim. val. comm^{ter} oner. supp. . . . . libras bonorum Lausann. vel c^{a} que de present^{e} Dum Sculteti et consulum communitatis Bernensis esse et instit^{e} anted^{a} esse dignoscitur et cujus est curatus Dus ***Petrus Lynser*** pbtr. qui personaliter residet et deservit in eadem, sub cujus regimine s. animarum cura 14 foci vel c^{e}, in qua omnia . . . . . ut sequitur. Inprimis infra annum prox^{e} venturum fiat ciborium s. almaliolum ad Ch^{i} cps reponendum in muro prope altare a parte qua (Fol. 85 a) dicitur evangelium et foderetur

ab intra et ab extra depiugatur ut s. Item ex a modo in antea sit lumen die ac nocte continue ardens coram Chr^{i} cpe. Item ex infra prox^{um} f. Nativ^{is} Dmi apponatur una cathena necessaria thuribulo et fiat naveta ut s. Item ex infra annum fiant duo candelabra nemorea depicta et desuper ferrata, prout s. Item ex infra d^{um} annum fiat Kalendarium novum et apponatur missali quod religetur. Item ex infra d^{um} term. fiant verrerie in fenestris prope altare existentibus. Item ex infra f. Nativ. Dmi cracifixus ponatur super trabem super qua nunc existit, magis ad manum dextram ita quod bene stet. Item ex infra biennium fiat pistina prope altare et teneatur pelvis unacum tobalia. Item ex infra pred^{um} f. Nativ^{tis} Dmi cancellus circnm circa lavetur s. foderetur postibus, prout est residuum. Item ex infra f. omn. Sct^{um} tecta eccl^{ie} et portici reparentur ita quod non pluat in eadem eccl^{ia} et infra quadriennium ipsa tecta fiant nova. Item ex infra annnm fiat ossarium s. locus ad reponendum ossa mortuorum in quadro cancelli ab extra et a parte vie publice. Item ex infra annum cancellus ipse recoperiatur de novo: item ex infra mensem apponantur 4 cruces in cimit. quod spr. manuteneatur clausum ut s. Item ex infra d^{um} terminum fiat invent. de vestim. ornam. et al jocal. d^{e} eccl^{ie}, cujus dupl. hab. par^{i} sign. Item ex infra annum omnes et sing. cens. et al. jura d^{e} eccl^{ie} inscribantur s. redigantur in libro ad modum extentarum, ne ipsi census alienentur in fut. et div. cult. in ead. eccl^{ia} diminuatur, cujus redactionis dupl. hab. pred^{i} par^{i} sign.

Capellen.

Eadem die visitarunt eccl^{am} par^{lem} d. *Capellen* extim. val. comm. oner. supp. . . . . libras bonorum Lausann. vel c^{a} que de present^{e} pretacti Dmi Abbatis Locidei et instit^{e} anted^{a} esse dignoscitur et cujus est curatus . . . . . qui personaliter

residet et deservit in eadem, sub cujus regimine s. animarum cura sunt . . . foci vel c^{e}, in qua omnia . . . . . ut sequitur. Inprimis ex infra annum fiat almaliolum pro cpe (F. 85 b) Chr^{i} et teneatur lumen continue ardens coram eo ut supra. Item ex infra 10. dies ampule sacrarum unctionum intitulentur. Item ex infra f. b^{ti} Michaelis prox^{e} venturum channete reficiantur: et fiat naveta ad tenendum incensum. Item ex infra f. Pasche missale collacionetur cum altero vero et corrigatur debite. Item ex infra annum fiat sexternus in quo notentur officia solennitatum ad dietamen pred^{i} curati. Item ex infra d^{um} terminum cancellus pavetur s. foderetur postibus. Item ex infra f. resurrectionis Dmi fiat una bona et competens fenestra in muro navis eccl^{ie} ad reddendum lumen supra fontes bapt^{les}. Item ex infra annum habeatur lavatorium una cum tobalia prope altare ut s. Item ex infra f. b^{ti} Michaelis apponantur cruces in cimiterio cujus clausura manuteneatur ut s. Item ex infra d^{um} terminum fiat invent. de univ. et sing. vestim. . . . . paroch^{i} signatum. Item ex infra triennium census et redditus d^{e} eccl^{ie} redigantur ut s.

Bargen.

Suprad^{a} die Martis visitarunt eccl^{iam} par^{lem} de ***Bargen*** extim. valere comm. oner. supp. . . . . libras bonorum Lausann. vel c^{a} que de present^{e} Dmi abbatis de Aurora ord. cisterc. const. dioc. et inst^{e} prelib^{i} rev^{di} ptis. Dmi N^{i} Lausann. Ep^{i} esse dignoscitur, cujus est curatus Dus ***Nicolaus de Bargen*** pbtr. qui personaliter residet et deservit in eadem, sub cujus regimine s. animarum cura sunt 10 foci vel c^{a}, in qua omnia . . . . . ut sequitur. Inprimis ex a modo in futurum sit lumen ardens continue die et nocte coram Chr^{i} cpe. Item ex infra biennium fiat sexternus in quo notentur officia solennitatum prout s. Item

ex infra prox^{um} f. Nativ^{is} Dmi thuribulum reaptetur et fiat naveta ad tenendum incensum. Item ex infra biennium fiat una verreria in fenestra juxta altare sct^{um} trinitat. crucis et b^{ti} Anthonii. Item ex infra mensem appon. 4. cruces in 4. ang. cimit^{ii}, cujus clausura spr. manut. ita quod animalia non intrent. Item (Fol. 86 a) infra d^{um} term. fiat invent. per manus notarii etc. Item ex infra biennium census et redditus d^{e} eccl^{ie} in libro ad modum extentarum redigantur, ut s. In ipsa quidem eccl^{ia} est altare sct^{um} trinit. crucis et b^{ti} Anthonii confessoris fondatum, non dotatum, tamen sufficienter ornatum.

Bernum.

Die eadem Martis 14^{a} pred^{i} m. Aug. anno quo s. rev^{di} in Chr^{o} pts Dmi Ep^{us} Granat et abbas Filiaci visit^{es} prefati ***Bernum*** applicuerunt ubi honorifice cum cruce reliquiis vexillis aqua benedicta processionaliter per sacerdotes et clerum eccl^{ie} paroch^{lis} ac populi multitudine copiosa in porta exteriori d^{a} . . . . . fuerunt et cum processione ad paroch^{lem} eccl^{am} iverunt indeque ipse D^{us} Ep^{us} post commemorationes solitas benedictiones et indulgentias in forma sc^{te} matris eccl^{ie} consueta concessit. Deinde ad domum Theutonicorum s. presbt^{lem} juxta ipsam paroch^{lem} eccl^{am} aggressi fuerunt ubi per venerabilem et religiosum fratrem ***Johannem Stang***, ord. b^{te} M^{e} theutonicorum et alios conreligiosos suos fuerunt graciose recepti et tractati quamdiu ibidem remanserunt.

Die autem crastina f^{o} assumptionis b^{te} M^{e} virg. pref^{us} Dus Ep^{us} Granat. in majori altari pred^{e} eccl^{ie} in pontificalibus honorifice celebravit, in qua interfuit maxima tam cleri quam d^{um} Bernensium quam etiam populi multitudo in eadem missa cause adventus ipsorum Dor^{um} visit^{um} per suprad^{um} Dm ***Guill. Cortoys*** nominate fuerunt in ambone in lingua vulgari videlicet theutonica, qui libenter auditus

fuit: post prandium vero ipse Dus Ep. Granat. innumerabiles pecsonas utriusque sexus tam (Fol. 86 b) antiquas ymo in decrepitu constitutas quam etiam juvenes in d^a^ eccl^e^ confirmavit et postmodem ibidem vesperas in pontificalibus celebravit.

(Lücke).

Visitatio altarium.

Item visitarunt altaria s. capellanias in pred^a^ eccl^ie^ fondatas in quibus et earum qualibet ordinarunt et fieri injunxerunt ea que sequuntur.

Altare Ste Katherine. Et primo visitarunt altare b^te^ Katherine in media eccl^ia^ inter navem et chorum ejusdem in quo celebratur cothidie missa matutinalis per religiosos pred^e^ domus theutonicorum, non constitit de alia dotatione, nisi quod ipsi religiosi ibidem deserviunt, omnia in eadem comp. st. reperta fuerunt.

Altare Sc^te^ crucis. Item visitarunt altare s^te^ crucis prope d^m^ altare s^tc^ Kath^e^ in quo etiam celebratur cothidie per religiosos pred^os^, uec constat de altera dotatione.

Altare S^torum^ Georgii (F. 87 a) etc. Item visitarunt altare b^torum^ *Georgii Sebastiani* et *Erasimi*, martyrum prope portam chori a parte dextra de novo tum per nobilem *Petrum Matter* quondam burgensem Bernensem atque *Elizabeth* ejus filiam uxorem quondam nobilis viri *Guill^i^ de Villarsel* fondatum et de certis reddit. annualibus pro 3 aut 4. missis qualibet ebdomada dotatum, cujus est capellanus D^us^ Arnoldus . . . . . .

Ipsum etiam altare existit sufficienter munitum calice libro vestim. et aliis necessariis suis.

Altare b^ti^ Jodoci. Item visit. altare b^ti^ *Jodoci* conf^is^ pridem per *Annam de Crouctal* ydem burg^em^ Bern. fondatam et de certis redditibus pro 4. missis in ebdomada

celebrandis per pred^os^ relig^os^ dotatum, quod etiam est honorifice ornatum et omnibus necessariis suis fulcitum.

Altare S^ti^ Christophori. It. visit alt. *b^ti^ Cristophori* martyris per nobiles de *Diespach* fondatum et de 40. florenis Ren. annualis census pro 4 missis qualibet ebdomada celebrandis dotatum, cujus est rector s. capellanus D^us^ *Humbertus Albi* . . . . omnia in eodem altari sufficienter stare comperta sunt.

Altare trium magorum. It. visit. alt. trium regum s. magorum per *Rodulphum de Ringoltingeu* burg^em^ Bernensem de novo fondatum et erectum s. constructum et consecratum nondum tamen dotatum, nec in eadem nulla sunt ornamenta preterquam d^i^ altaris copertura et ymagines atque candelabra.

Altare S^ti^ Georgii. It. visit. altare *b^ti^ Georgii* per *Johannem Schinta* Burg^em^ Bern. de novo fondatum, quod est consecratum nondum tamen dotatum nec munitum, nisi ut pred^um^ altare triuu magorum.

Altare 12 ap^olorum^. Item visit. alt. 12 Ap^um^ per *Petrum Stoffer* burg^em^ Bernens. de novo fondatum et consecratum nondum tamen dotatum nec donatum nisi ut duo precedent.

Altare S^ti^ Vincentii. It. visit. alt. *S^ti^ Vincentii* Mart^is^ per . . . . *Bulzinger* burg. Bern. quondam fondatum et de certis vineis et censibus frumenti et pecuniarum pro 4. missis quolibet ebdomada celebrandis dotatum, cujus et rector s. cappellanus Dus *Johannes Albi* pbtr. . . . . quod quidem altare existit honorifice ornatum calice, libro vestm^is^ et aliis necessariis suis.

Altare S^ti^ Anthonii. Item visit. alt. b^ti^ Anth^ii^ conf^is^ per nobilem *Petrum de Kalnatal* quondam fondatum et de certis censibus annualibus pro 4. missis qualibet ebdomada celebrandis dotatum, quod etiam est consecratum, cujus est capellanus s. rector Dus. *Rodulphus Zuber* .

. . . . . Omnia in ipso altari compet. et esse comp. sunt.

Altare b^ti^ Nibolai. It. visit. alt. *b^ti^ Nicolai* conf^is^ Nescitur per quem fondatum neque dotatum, sed in eo pred^i^ religiosi aliqdo celebrant et necessaria ministrant.

Altare b^ti^ Michaelis super ossa montuorum. It. visit. alt. *b^ti^ Michaelis* super ossa mortuorum retro d^um^ eccl^am^ par^lem^ ab antiquo fondatum et de certis censibus pro missa eothidiana per suprad^os^ religiosos celebranda dotatum, quod est sufficienter ornatum calice, libris, vestimentis, ornam. alt^is^ et al. necessariis, que per procuratores s. juratos d^e^ eccl^ie^ par^lis^ ibidem administratur.

(Lücke).

(Fol. 88 a). *Pymplichz.*

Die Jouis vigilia f^i^ *Bartholomei* ap^i^ prevocati Dmi visit. eccl^am^ paroch^lem^ de *Pymplichz* visitarunt que dicitur esse filiola et membrum supra eccl^ie^ par^lis^ de *Kunitz:* in ea nec tenetur cps Chr^i^ nec baptisterium tamen habet cimiterium, in qua dcservit dompnus . . . . . pbr . . . . sub cujus regimine s. animarum cura sunt 50. foci vel c^a^, omnia quippe in ca comp. . . . . ut seq. Inprimis ex infra annum fiat ciborium s. alimaliolum ad Chr^i^ cps reponendum et teneatur lumen continue ardens supra eo ut. s. Item ex infra d^um^ term. fiat coclear argenteum pro administrando et consecrando infirmos ut s.: itəm ex infra f. Nativ. Dmi fiat naveta ad tenendum incensum item ex infra d^um^ term. fiat obsequiale max^e^ pro sepeliendo mortuos. Item ex infra annum in parte ostivali missalis ipsius eccl^ie^ apponatur in ejus principio Kalendarium et religetur ipsa pars debito modo. Item ex infra d^m^ annum fenestra cancelli a parte qua dicitur epistola fiat major ita quod possit illuminare super altare et ponatur verreria. Et similiter

in alia fenestra ab alia parte existente. Item ex infra d^{um} term. volta retro crucifixum et etiam muri circum circa portam campanilis dealbentur. Item ex infra biennium ipse cancellus pavetur s. foderetur postibus (F. 88b). Item ex infra d^{um} term. fiat fons aspersorii et apponatur prope magnam portam d^{e} eccl^{ie} ab extra in quo renovetur aqua benedicta qualibet die dmca. Item ex infra mensem fiant 4 cruces nem. v. lap. alt. un. hom. que appon. in 4. quad. cimit^{ii} quodquidem cimit. spr. manut. clausum, ut s. Item ex infra d^{um} mensem fiat invent. per manus not^{ii} de omn. et sing. vestim. sacerdot. ornam. alt. et al. joc. ejdem eccl^{ie} cuj. dupl. hab. par^{i} sign. Item ex infra annum redditus et census et alia jura universa ipsius eccl^{ie} in libro ad modum extentarum redigantur ut s.

Monasterium Monialium in Capellis prope Bernum.

(Lücke).

Mulemberg. (Fol. 90 a).

Die Sabbati 25to pred^{i} m. Augusti ipsi Dmi visit^{es} eccl^{am} par^{lem} de *Mulemberg* visitarunt extim. val. comm. oner. supp. . . . . libras bonorum Lausann. vel c^{a}, que de present^{e} pred^{i} commendatoris Kunicensis et institut^{e} prelib^{i} rev^{di} patris Dmi n^{i} Lausann. Ep^{i} esse dignoscitur: cujus est curatus Dus *Rudolphus Sparren* qui personaliter residet et deservit in eadem, sub cujus regimine s. animarum cura sunt 40 foci vel c^{a}, in qua omnia . . . . . ut sequitur. Inprimis ex infra annum fiat almaliolum ad Chr^{i} cpus reponendum ut s. Item ex infra 10. dies ampule sacrarum unctionum intitulentur debite. Item ex a modo in antea sit lumen die et nocte ardens coram Chr^{i} cpe. Item ex infra annum fiat letrile ad reponendum libros. Item ex quo ipsum navis eccl^{ie} fuerit perfectum, fontes bapt^{les} reponantur in

loco debite et claudantur cum clave. Item ex infra annum fiat una bona et competens fenestra juxta altare a parte epist^{e}, ut illuminare possit idem altare. Item ex infra triennium pavimentum cancelli ubicunque sit destructum reparetur. Item ex infra eundem terminum navis eccl^{ie} complanetur et dum fieri commode poterit, planetur seu foderetur postibus. Item ex infra f. Nativ. Dmi fiant duo gradus s. passus inter chorum et navem eccl^{ie} et similiter in introitu parve porte ipsius eccl^{ie}. Item ex infra f. Pasche tectum quod est super ipsam portam ac etiam super fenestras navis ipsius eccl^{ie} penitus tollatur aut alias reficiatur novum et taliter componatur quod non impediat lumen ipsarum fenestrarum. Item ex infra annum aliud tectum quod est supra portam ipsius eccl^{ie} debite reparetur et taliter componatur quod non impediat fenestr. cancelli. Item ex infra annum fons aspersorii apponatur juxta portam d^{e} eccl^{ie} ab extra ut s. Item ex infra f. Nativ^{is} Dmi apponantur 4 cruces nem. v. lapid. in 4. ang. cimit^{ii}, cjs. clausura d^{e} manuteneatur. Item ex infra mensem fiat invent. p. man. not. . . . . par^{i} signatum. Et similiter infra triennium census et redditus ac alia jura d^{e} eccl^{ie} redigantur in libro ut s.

(Fol. 90 b). ***Balmectes.***

Eadem die Sabbati visitarunt eccl^{am} par^{lem} de ***Balmectes***, extim. val. comm. on. supp. . . . . libras bonorum Lausann. vel c^{a}, que de present^{e} Dmi plebani Bernensis et instit^{e} pred^{a}, cujus est curatus Dus ***Johannes Hetzel*** pbtr., qui personaliter residet et deservit in eadem, sub cjs cura s. animarum regimine sunt 40 foci vel c^{a}, in qua omnia . . . . . ut sequitur. Inprimis ex infra prox^{um} f. Nativ. Dmi almaliolum cps Chr^{i} ab intra foderetur postibus et ab extra depingatur ut s. Item ex a modo in antea sit lumen continue ardens in lampade coram Chr^{i} cpe. Item ex

